3 1761 07588634 1

A635M

ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ ΛΙΒΕΡΑΛΙΣ

ΜΕΤΑΜΟΡΦΩΣΕΩΝ

ΣΥΝΑΓΩΓΗ.

ANTONINI LIBERALIS

TRANSFORMATIONUM

CONGERIES,

Interprete

GUILIELMO XYLANDRO.

Cum THOMAE MUNCKERI notis,

Quibus suas adjecit

HENRICUS VERHEYK.

19620
26:5:25

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud SAM. ET JOAN. LUCHTMANS,
Academiae Typographos. CIↃIↃCCLXXIV.

AMPLISSIMIS VIRIS

REIPUBLICAE

AMSTELAEDAMENSIS

CONSULIBUS

NATALIUM, MUNERUM, MERITORUM SPLENDORE ILLUSTRISSIMIS,

GUALTERO PETRO BOUDAAN, JC.

EGBERTO DE VRY TEMMINCK, JC.

ATHENAEI ET GYMNASII CURATORIBUS.

HENRICO HOOFT, DAN. FIL.

JANO VAN TARELINK.

GERARDO HOOFT, Ger. Fil. JC.

VIRO CONSULARI, ATHENAEI ET GYMNASII CURATORI

HENRICUS VERHEYK.

Libellus, quem Vobis, Viri Amplissimi, obfero, quamquam molis exiguae, & pretii non admodum magni, utilis tamen est, & ad Poëtas, qui sine Mythographorum ope vix percipi possunt, illustrandos perquam idoneus. Fabulas continet, at non Milesias, aut Romanenses, ad juventutis, in his potius quam seriis meliorem aetatis partem consumere solitae, mores corrumpendos, animosque sat luxuriantes ad libidinem inflammandos, ad fiduciam sui, ad inpotentem ambitionem, & severiorum Sacrorum contemtum instigandos, adcommodatas, sed quae contrarium plane

ne

ne praecipiunt, unice conſcriptae, ut virtute ſua quisque ſe involvere diſcat, & ex adlatis eorum exemplis, qui ob Religionis neglectum, ob perjurium, affectatam tyrannidem, ſuperbiam, aliosque inconditos mores ſummo a Superis affecti deformantur ſupplicio, ſapere audeat. Et, uti ſub fabularum involucris latet ſemper aut veritas aut veritatis ſpecies, ita in his, quamquam veri ſpecie omnino videntur deſtitutae, ea ineſt utilitas, ut multa, alibi non facile reperienda, ex abſtruſiſſimis Antiquitatis latebris eruta, in lucem protrahant, & veram nonnullorum regnorum, civitatium, coloniarum, earumque conditorum originem ac denominationem detegant, & Scriptorum, temporis vel inſcitiae injuria perditorum, quorum opera vix, ac ne nomina quidem, ſine auctoris hujus ope, recte cognita eſſent, Fragmenta, veluti e naufragio conſervata, ad nos transmittant, ut etiam viris

doctis cum fructu quodam legatur, quidquid sit opusculi, nedum adolescentibus, quibus, Vestro jussu, evolvendus in manus traditur. Tyrociniis enim, quamquam e vetustis scriptoribus sunt, qui tersius scripserunt & emendatius, deponendis, propter facilitatem, qua est maxima, accommodatissimus fuit judicatus. Si enim *Munckeri*, qui praecedenti seculo eumdem hunc *Antoninum* suis observationibus illustratum edens de Graecarum Litterarum neglectu tanto opere questus fuit, aetas in nostra incidisset tempora, quibus Humaniores Litterae fere onera, non ornamenta, ducuntur, largiorem querelarum copiam nactus fuisset. Graeca enim, etsi, Graece qui nescit, Latine vix intelligit, non tantum non leguntur nisi ab invitis; sed & Latinis quam pauci incumbunt? incumbentium quam pauci, qui non omne tempus primariae huic linguae inpendendum in damno ponant? Primoribus

ribus ea guſtant labiis, &, veluti canes e Nilo, frigidam ſitim reſtinguunt, curſum abſolventes ante, quam ad metam pervenerunt.

Cruda haec tyrocinia, numquam ad maturitatem producenda, quandoquidem Eruditorum, noſtram inſtitutionem excipientium, ductus plerique eodem in numero habent, ad ſeveriora, haud illotis manibus tangenda, ſacra transferunt, unde haud levis conjectura eſt, brevi fore, ut, qui divinis rite faciundis, qui juri dicundo, qui morbis ſanandis, qui Philoſophiae operam navando, qui denique ad has ſcientias ex ipſis fontibus derivandas aditum aperiundo ſint, fruſtra quaerantur.

Quo alienior igitur juventutis animus eſt a laboribus, eo plus exiguis eorum conatibus inſerviunt ſcriptores, quanto, emendatius editi, minus inpedimenti objiciunt.

Et haec caussa, & exemplarium defectus me impulerunt, ut *Antoninum* hunc *Liberalem* meis aliorumque adnotationibus adornatum recudi curaverim.

Non indignabimini, MAECENATES OPTIMI! pro Vestro in Litteras, earumque Cultores, studio, pro favore inprimis erga me, quod has qualescumque curas, e sola de juventute bene merendi voluntate natas, Vestris Nominibus inscribam et consecrem.

Hoc enim nisi facerem, mali civis & ingrati hominis crimen non effugerem, quem, ab illo inde tempore, quo honorificam, &, quod Litteratis raro obtingit, luculentissimam, mihi, nil tale speranti, multo minus prensanti, sola & non vulgari BURMANNI Vestri, quod gratus agnosco, commendatione, demandastis provinciam, tanta benevolentia me estis prosecuti & prosequimini, ut Vestra in

me

me beneficia non tantum devenerer maxima, ſed & palam praedicare, & poſteris teſtata facere dudum geſtierim.

Animum itaque ſpectetis, non munus, quod quidem perexiguum eſt, &, quam ſuſtinetis, perſona minus dignum: tale tamen, quo Vobis, quibus unice inſtituti mei ratio reddenda eſt, me, etiamſi publicis privatisque negotiis occupatiſſimum, Muſis litare non deſiſtere ipſa re praeſtem, atque adeo operam meam probem.

Quam rem ſi probavero, ſat magnum me cepiſſe fructum exiſtimabo, nullamque in me operam claudi patiar, qua Veſtrae de me opinioni in poſterum reſpondeam.

Vos interim Patres Illustrissimi, qui tanta cum laude, ut praeſentibus ſit admirationi, poſteritati vero exemplo, Remp. geritis, Libertatem tuemini, Mercaturam Reip. nervos fovetis, Libe-

rales Artes & Scientias promovetis, ut in Patriae commoda diu ſuperſtites & incolumes velit aeternum Numen, ex animi ſententia voveo.

Amſtelaedami Veſtrae. a. d. XVIII. *Aprilis* CIƆIƆCCLXXIV.

PRAE-

PRAEFATIO.

AEQUO ET ERUDITO LECTORI.

Quidquid de libelli hujus scriptore conjecerunt viri dd., adeo incertum est, ut quid amplectaris, vel rejicias, plane ignores, inque eo otium terere tanti non duxerim, ut novi nihil adferens, post longam diversae opinionis disquisitionem, Te inanem dimittam, & aeque dubium.

Quis fuerit, aut quod gesserit nomen, parum refert, modo utilitate non sit destitutus, quod unicuique eum evolventi satis constat, quemadmodum ex eo multa disci, eumque non vulgaria complecti justi harum rerum arbitri, Palmerius *&* Valckenarius *testantur, & nullus dubito, quin, qui in hoc scriptore cum Poëtis,* Ovidio *inprimis, &* Valerio Flacco *conferendo voluerit elaborare, magnam in iis messem etiamnum relictam inveniret, praesertim si mendis & naevis, quibus nondum liberatus est, purgatiorem exhiberet plurium Mss. Codicum auctoritas.*

Etsi

Etsi enim Codex ille membranaceus, unus, qui hucdum repertus est, a vetustate se magno opere commendat, & forsan omnem fidem meretur, tam raro tamen & ante invisitato litterarum genere conscriptus est, ut mirum esset, si, qui primus Antoninum *ex eo descripsit, quamquam Graecarum Litterarum peritissimus,* Gulielmus Xylander, *ubique librarii manum assecutus fuerit.*

Hujus tamen industriae multum debemus, qui Nostrum, aliosque scriptores, e tenebris, quibus in aeternum damnati videbantur, in lucem protraxerit. Bibliothecae enim Principis sui loculos excutiens, uti erat vir laboriosissimus, nec opinus incidit in Codicem illum, praeter Antonini Liberalis Μεταμορφώσεων Συναγωγὴν, Phlegontem Trallianum περὶ Θαυμασίων καὶ Μακροβίων, *Ejusdemque* περὶ τῶν Ὀλυμπίων *Fragmentum:* Apollonii Ἱστορίας Θαυμασίας, & Antigoni Ἱστοριῶν Παραδόξων Συναγωγὴν, *continentem, eosque Graece, & Latinitate a se donatos, addito, quem decennio ante ediderat,* Marco Antonino *de Vita sua, in unum corpusculum redactos typis descripsit,* Basileae, A. CIↃIↃLXVIII. *Sed Adnotationes, uti ad reliquos scriptores rarae, sic ad* Antoninum, *septenarium numerum non superant, quia* adnotando omnia persequi noluerat, neque erat otium, *sed vere, quia, ut* Thuani *verbis utar,* non famae scribebat, sed fami.

Hoc

Hoc Catone *centum plus annis contentus fuit orbis Eruditus*, *donec* Abrahamus Berkelius A. CIↃIↃCLXXIV. Lugd. Bat. Antoninum *a reliquis*, *quos ei e Codice Mſ. adjunxerat* Xylander, *ſeparatum ediderit*, *ſubmiſſis aliquot notulis*, *quarum jejunitatem vix excuſat feſtinatio*, *ad quam deinde provocavit*.

Hanc Editionem, *etiam in mendis preſſe ſecutus* Thomas Gale *anno ſequente* Pariſiis *in lucem emiſit* Liberalem, *una cum* Apollodoro Athenienſi, Conone Grammatico, Ptolemaeo Hephaeſtionis F. & Parthenio Nicaeënſi, *ſub* Hiſtoriae Poëticae Scriptorum Antiquorum *nomine*. *Sed in notis ad* Antoninum *illuſtrandum non multum operae conſumſit*, Berkelio *tamen melius de ſcriptore meritus*, *quamquam* Xylandrianam *Editionem non vidiſſe videtur*.

Idem in Munckero *obſervaſſe mihi viſus ſum*, *qui alioquin largiorem emendandi materiem nactus fuiſſet*, *etiamſi praeterea de* Antonino *tam egregie meritus ſit*, *quam a viro tam docto ſperari poſſit*.

Hic Galeanam Editionem videre non potuit, *qui ſuam eodem anno*, *h. e.* CIↃIↃCLXXV. *typis deſcripſit*; *nam*, *quod in titulo annus* LXXVI. *conſpicitur*, *id novitatis gratiam aucupantem Typographum praefixiſſe*, *neceſſitate quadam coactus*, *ad* Hygini *iteratam Editionem C.* 59. *monet*, *& manifeſto liquet ex Epiſtola* VII. *Kal. Nov. A.*

LXXV.

LXXV. *ad* Nic. Heinsium, *una cum recens edito Liberali, data.*

Si itaque hunc Thomae Munckeri Antoninum, *quem ab eo novis eruditionis antiquae reconditaeque luminibus illustratum*, Graevio *testatur* N. Heinsius, *animadvertimus, mirabimur luculentam ipsius Adversariorum copiam, & Eruditionis supellectilem, qua Liberalem intra anni spatium tam egregio Commentario illustratum, in lucem prodidit, quantumque, si* Hyginianas *lucubrationes, doctas & omni elegantia refertas, & quas de Eruditione sua propaganda, ad Viros sui seculi summos, inprimis* N. Heinsium, *larga manu dedit Epistolas, suo pretio aestimemus, dolendum sit, agnoscemus, quod hic Eruditionis thesaurus, in quo vel sola Catalecta nobis salivam movent, in ignarorum heredum manus pervenerit, & piperi condiendo inservierit.*

In hac Editione a Munckero *sua, sine ulla aequitatis specie, perverse traducta & detorta clamitans* Berkelius, *ad novum commentarium, quo plurima a veri rectique norma longissime remota commisisse* Munckerum *monstraret, & Epistolam* J. Gronovii *insereret, querentis, multas sibi a* Munckero *sublectas esse emendationes, quas olim cum* Gipsone *quodam communicaverat, tamquam ad publicum judicium, subscriptores conquisivit. Sed hanc suspicionem uti facile a se amovit*

Munc-

Munckerus, *sic in iis turpiter se dedit* Berkelius.

Etsi enim communes amici, quos inter primum locum tenebat N. Heinsius, *nihil a* Munckero *commissum rati, quod non cuique licet, & ipse* Berkelius *in* Fragmento Stephaniano, *non ita pridem a* Tennulio *edito, fecerat, ejus impetum sufflaminare adnitebantur, dum famae suae consultum vellet, ei exsequias ivit. Nam sequenti anno suae editioni, mutato, ut nova videretur, titulo, plures submissas adnotationes adjecit, quibus non tam auctorem illustraret, quam vellicaret Adversarium, quem peracerbe procaciterque omnino excepit, plagii, inscitiae, & plurimorum errorum insimulavit, quos tamen ipse committebat pudendos & in tyronibus vix ferendos. Sed hos facile condonamus, qui novimus, qua simus conditione nati, modo absit aliena carpendi prurigo, & humanitatis, quam profitemur, contemtus, qui tamen* Berkelium *abripuit adeo, ut ad convicia de trivio arrepta se demiserit, & Adversario quantumvis se doctiori & humaniori in opprobrium objecerit, quae ei nec vitio erant, nec verti poterant, cum potius Hic cum fortuna queri potuisset, quod, qui majore theatro dignus, ad scholasticum pulverem damnatus esset. Hinc puerilia & liberali homine indigna, quibus* Delphos ad Corbulonis fossam, *ubi* Munckeri Observationes in scholastico pul-

vere

vere natae essent, Phocicis *opponeret: per* Jovis sceptrum non intelligendum esse ferulam, ad imperium in pueros pertinentem, *moneret:* Munckerum praetextatorum magistrum *appellaret, & ubique ad infima subsellia damnaret, quae tanto minus ferenda, quo magis constat, eumdem hunc* Berkelium *omnem movisse lapidem, ut in* Munckeri *in ipso aetatis flore vita defuncti locum suffectus contemtis istis* Delphis ferulâ imperium in pueros exerceret praetextatorum magister, *quando nec mortuo huic leoni insultare desiit, ut in Dedicatione jejunae illius* Epicteti *Editionis videre est.*

Et haec, quamquam ad scopum meum nihil attinere videntur, memoratu sunt necessaria, ut ne Lectorem fugiat, unde in hac Editione hic illic aliae Munckeri, *partim novae, partim auctae, saepe etiam mutatae Observationes exhibeantur.* Munckerus *enim, etsi non statim, nec ad convicia quidquam respondit umquam, sed contra Adversarium, etiam ubi turpissimos ejus errores arguit,* Clarissimi Viri *titulo insignivit semper, opportunam occasionem exspectans, dum secundas in* Hyginum *curas ederet, ubicumque usu venerit,* Antoninianas *suas sat bene vindicavit, &* Berkelianas *diserte refellit. Unde omnes ejus ad* Mythographos *notas legere, excerpere & ad* Antoninum *suis locis digerere, mutare, diminuere, & augere debui, ut fere satis de nova Editione meritus fuissem,*

si sic auctis & emendatis Viri Doctissimi Observationibus ornatam in lucem emisissem. Sed libellum quotidie evolvens, verum esse expertus fui, quod ad N. Heinsium *scripsit* J. G. Graevius: procul dubio satis magnam messem aliis reliquisse *Munckerum & Berkelium*, si qui in hoc libello excutiendo voluerint elaborare, *quod de industria egisse videtur* Kuhnius, *qui notas suas in* Antoninum *memorat ad* Aelianum V. H. *L.* XIV. *c.* 44. *quas si Fortuna nobis non invidisset, procul dubio longe emendatius prodiisset hoc opusculum. Ubi enim aliis plerisque scriptoribus haud parum lucis adfert plurium Mss. Codd. auctoritas, aut veram lectionem eruendi facultatem subministrant variantes lectiones, hic praeter ingenii aciem & conjectandi artem, nihil subsidii supererat, propterea quod omnes illi, e quibus sua mutuatus est* Antoninus, *plane perierunt, atque adeo cum his conferri non potuit. Ut bene factum, quod aliunde mihi nonnullae, etsi quam vellem, majores illae fuissent! accesserint copiae. Simul enim me novam* Antonini *Editionem moliri inaudiverant* Valckenarius & Ruhnkenius, *Viri in arte Critica principes, & Graecarum Litterarum Statores, quorum amicitia glorior*, Hemsterhusii, *magni nostri quondam Praeceptoris conjecturas aliquot una cum suis &* If. Toussainctii *doctissimi olim Frisii juvenis, cujus etiam paucas ad* Apollodori *oram allitas mecum com-*

municavit Cl. Petrus Bondamus, *novum Academiae Ultrajectinae decus, ad me miſerunt, quas ſuis locis uti ipſorum nomine exhibui, ſic pro hoc amicitiae documento in communem rei Litterariae uſum, immortales ago gratias. Sed etiam major mihi cum* Petro Fonteinio, *Viro inſigni eruditione conſpicuo, a quo niſi doctior recedo numquam, interceſſit familiaritas, quam ut hunc, ſi quid ad auctorem illuſtrandum haberet, non rogaſſem, unde natae etiam minime poenitendae ſive adnotationes ſeu conjecturae ſuis locis repoſitae, quibus acceſſere meae, hic illic forſan prolixiores, quia ſic haud aliter poteram in re fabuloſa, propterea quod ejusdem argumenti ſcriptori,* Apollodoro *aliquam lucem affundere enitebar praeeunte, cujus copiam mihi pro ſua ſaepius experta facilitate, & ſingulari erga me benevolentia amiciſſimus* P. Burmannus *V. Cl. fecerat, Mſ. Codicis Collatione* D'Orvilliana. *Quid in his praeſtiterim, tui eſto judicii, benevole Lector! in quibus ſi quid arrideat, fruere: ſin minus, modeſte refelle, & vale.*

NO-

NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS,
ATQUE *EMINENTISSIMIS*

VIRIS,

D. HERBERTO TROMP.

D. ADRIANO FYCK.

D. BRUNONI à WAERTHUYSEN.

D. THEODORO à BLEISWYCK,
J. U. D. D.

FLORENTISSIMAE REIP. DELPHICAE CONSULIBUS; OMNIS RECTI ARBITRIS; JURIS ET AEQUI CULTORIBUS; PATRIAE PATRIBUS:

UT ET

AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS, PLURIMUMQUE REVERENDIS SCHOLAE DELPHICAE CONSTITUENDAE QUATUOR VIRIS; COLLEGII LITERARII CURATORIBUS.

D. ALBERTO VAN DER GRAEF,
REBUS INDIAE ORIENTALIS APUD DELPHOS PRAEFECTO, VIRO CONSULARI.

D. ZACHARIAE BERESTEYN AB HOFDYCK,
J. U. D.
DOMINO IN MIDDEHARNISSE, VIRO CONSULARI.

D. ARNOLDO VAN DER DUSSEN,
J. U. D.
DE REP. OLIM DELPHICA BENE MERITO SYNDICO, VIRO PATRICIO.

D. BERNARDO TIGURINO,
VERAE RELIGIONIS CULTORUM MYSTAGOGO.

Literarum & Literatorum Patronis incomparabilibus; Dominis suis benignissimis,

THOMAS MUNCKERUS.

In vitae humanae contemplatione defixus quoties erat, toties ivisse in lacrymas *Heraclitus*, risu pulsasse ilia *Democritus* legitur. Scilicet miserias nostras alterum, alterum in primis

mis ſtultitiam poſuiſſe ſibi ob oculos. Et ſane perquam fecundam cum lacrymarum tum riſus hoc noſtrum vivere ſuppeditat ſegetem. Totum dolor illud & gaudium miſcent; verum ex iſtiuſcemodi maximam partem rebus orta, quae ad nos magnopere non pertinent, certe in poteſtate noſtra haud ſunt. Hic miſerum ſe facit, quia miſerum putat, vel priſtina amiſſa dignatione, vel optimo & lauto patrimonio, vel alio quopiam de genere hoc delicio ſuo, quae prima vulgo, cum revera poſtrema ſint, ducimus mortales. Ille criſtas tollens, & magnifice, quod iiſdem, quibus alter exutus fuerat modo, auctus ſit, ſemet efferens, ignorantiam ſuam & ſtultitiam prodit. Neſcius miſer aurae fallacis, ut gravius applodatur, in altum tollitur. Uſque adeo opinio, qua regimur magnam partem, vim infert veritati. Verum audire ſi volumus, virtus & doctrina ſolae ſunt, quae vitam nobis vere edulcant, & beatam reddunt; ſolae jucunda & beata poſſeſſio, ſed quae nec in codicillis detur, nec cum gratia veniat. Reliqua omnia, quae noſtra appellamus, non noſtra, ſed Fortunae ſunt, quam eo nomine non immerito in rebus dixerunt humanis dominari. Vix unquam laetioris ejus aliquis affulget radius, quin minantis ſtatim & novercantis ſimul adſit umbra, & veſtigia aut premat aut excipiat. Quam inſolentem illa lu-

dum his proximis tempeſtatibus in *Belgica* noſtra luſerit, ſera nepotum poſteritas ut credat, annalium fides laborabit.

> *Quanquam animus meminiſſe horret luctuque refugit,*

committere tamen non poſſum, quin, quod res eſt, dicam. Terrore regii nominis quaſi fulmine quodam afflati ſocii noſtri, vix viſo hoſte, ultro ſe *Gallo* permittebant, *Belgarumque* nominis & aureae libertatis, quam ſuo ſibi ſanguine eorum emerant majores, immemores, certatim ruebant in ſervitium. Placebant ſibi prae caeteris, qui caeteris promptius collum jugo ſubdiderant. Ita clauſtra illa & munimenta finium noſtrorum, *Rhenus*, *Moſa*, *Vahalis*, *Sala*, poſitaque in illorum ripis firmiſſima oppida, primo impetu, & quaſi αὐτοβοεὶ tenebantur. Mox capti *Transſalani*, capti *Geldri*, capti vicini *Trajectini*, quid aliud niſi ultimam & nobis, qui trepidi ac horripilantes illorum ſpectabamus incendia, denunciabant diem? Longe erat illud fruſtra decantatum *Batavorum* robur, longe prudentum conſilia. Jam metum vota perdiderant, & noſter in tuto erat dolor. Nimirum, cum tanta eſſet calamitatum noſtrarum, quas vere κυθνάδεις dicere licet, magnitudo, ut, quo creſcerent, non haberent, ipſa nos deſperatio

tio reddebat ſecuros. Plebs interim novarum ſemper rerum avida & heic & in *Chaucis* tumultuabatur; qui rerum potiebantur, diſcesſerant in partes. Actum erat nobiſcum, ſi tam uti victoria, quam vincere ſciviſſet *Ludovicus.* In *Friſia* veterum *Friſonum* quaerebamus animos & conſtantiam, nec inveniebamus. Inteſtinis & ipſi diſcordiis agitati aegre finibus arcebant hoſtem. Omni *Grinnium* agro ferro & flammis vaſtato, ipſam jam urbem obſidione urgebant ambigui illi Sacerdotes. In rebus tam trepidis, cum nihil opis aut ſpei, niſi in conſcientia vitae ſine labe tranſactae, aut animo ſapientiae praeceptis munito, ſuperare cuiquam videretur, quotus quisque non damnabat priſtina ſua vota, & beatiſſimum cenſebat a virtute & doctrina inſtructiſſimum? Et merito profecto. Gaudia enim ſua licet omnes delicati Fortunae filii in unum conferant, tamen illa exſuperet laetitia, qua probi & eruditi hominis pectus perfruitur. Id quod tam diu ignarum felicibus tum demum miſeris patere coepit. Qui antehac plebs fuerant, repente novi evadebant *Biantes*, & magnificas jactabant voces: *Patriam eſſe, ubicunque vir fortis ſedem elegerit. Suam cuique ſcientiam & mores fingere Fortunam.* Praeclare ergo juventutem monebant priſci illi ſapientes, ut ea conſectarentur bona, quae noſtra ſint, & in nobis

 poſita;

poſita; magno animo contemnerent, quae aliena, precaria, & a Fortunae pendeant arbitrio. Et indigemus profecto non adoleſcentes modo, ſed & ſeniores iſtiuſcemodi interdum monitoribus. Nam ita vivimus plerique, ut vita non fruamur, ſed aliud agendo perdamus. Adeo ut, quod a ſapientiſſimo poëtarum more oraculi dictum eſt, veriſſimum esſe nullus dubitem,

Μικρόν τι τοῦ βίου καὶ στενὸν ζῶμεν χρόνον.
Dii majorum umbris tenuem & ſine pondere terram,
Spirantesque crocos, & in urna perpetuum ver,

qui primi has humanitatis officinas, ſcholas dico, quae praeter propter vitam vivere nos dedocent, & homines ut inter homines aperto ambulemus capite efficiunt, aperuere. Quid enim? Si priſtini aevi ſordes & tenebras, ſi caliginem primorum temporum debita aeſtimatione metiamur, neminem hominem inventum iri ultro fatebimur, qui aut animo adſequi queat, aut oratione complecti illorum commodorum magnitudinem, quae nunc divini numinis beneficio ex his bonae mentis percipimus gymnaſiis. Ne tamen nihil dicam, illud unum affirmare non dubitabo, virtutem ea & eruditionem, duo illa omnibus aeter-

aeternum veneranda nomina, quibus nihil in possessionibus nostris praeclarius, nihil augustius, conferre sedulis sui cultoribus. Homines natura sumus veluti tabulae quaedam rasae, in quibus cum nihil inscriptum sit, omnia tamen possint inscribi. Vos autem, scholae, literas in illis inscribitis pietatis & humanitatis. Homines, ut primum in lucem edimur, parum admodum a rudi discrepamus argilla, sed quae quarumlibet tamen imaginum recipere formas sit apta. Vos, ô scholae, peritos habetis plastas, qui fingant nos ita & refingant, ut instar illud Dei magis in nobis & magis in dies se exserat. Vos *Giganteam* audaciam diffringitis, *Cyclopicam* immanitatem compescitis, *Epicuream* luxuriam ad frugem reducitis. Ergo igitur, ne longum faciam, nullos prorsus homines nasci; sed omnes in scholis fingi si dixero, haud mentiar. Heic jam susurrare quosdam audire videor, tantum non *Persarum* me, qui aurei esse perhibentur, polliceri montes; verum experimentis si credendum sit, scholas paedoris potius myrothecia, nequitiae stabula, & ignorantiae videri domicilia. Fateor videri; sed quae discentium est, vel etiam docentium nonnunquam culpa, quod ob meritum scholis impingant, ipsi viderint. Dicerem plura, si mihi censuram mandasset Populus Romanus Quiritium. Interim querelam illam veterem de

Graecis literis, malo illas publico tantopere contemni, cur vel ſine cenſura iterare mihi fas non ſit? Eſt illa profecto, quam tantum non, quotquot eunt dies, juventuti veſtrae, ad caetera ſane haud ignavae, cano. Sed utinam ne fata paterer *Caſſandrae*, & vera monenti nulla haberetur fides. Spretis limpidis fontibus, turbidis ſe ingurgitant lamis: credere, niſi admodum pauci, quam ſcire malunt, hoc eſt, ſemper manere pueri. Pueri enim, quibus nondum per aetatem datum eſt rerum indagare cauſas, ſi ad divina illos forte, vel quae ad Reip. pertinent regimen, voces, quamlibet ſcire aliquid videantur, revera tamen nihil ſciunt; omnia credunt alteri narranti. Notitiae antiquitatis eorum eadem ratio eſt. Multa tibi ex *Ariſtotele*, multa ex *Platone*, vel aliis primae claſſis auctoribus, licet nihil minus quam illorum linguam intelligant, proferent: at enim niſi interpres illis indicaſſet, omnia iſta ignorarent. Quid eſt pappare minutum, ſi hoc non eſt? Verum ut infantes nutricum magis, à quibus cibi illis praeguſtantur, ſaliva, quam ſalubri alimentorum nutriuntur ſucco: ita nihil aliud quam faeces plerumque & ſordes vorant, qui interpretibus ſuam addixere credulitatem. Ne Veneres jam Graecorum ſcriptorum elegantiasque, & quicquid caeterae linguae mirantur tantum, memorem; non

tanti

tanti nobis esse deberent *Aristoteles*, *Thucydides*, *Xenophon?* Non Sapientia, Pietas, Religio, ipsi prisci Ecclesiae Doctores, quos Patres appellare solemus, tanti, ut illorum addiscere linguam operae duceremus pretium? Longe certe aliter animati simus necesse est, ac Graeculus ille *Timotheus*, quem de vi unius syllabae barbae pactione cum *Philelpho* contendisse, & victo ab eodem ei abrasam, narrat *Jovius*. Lingua nobis Latina sufficiunt, ajunt: ab ea instructi cur non artium omnium & disciplinarum scientiam acquirere possemus, causam nullam dices. Insane bene; si linguam Latinam tenueritis. At illam, cum propemodum tota ex vocabulis constet Graecanicis (intelligo quid loquar) ne legere quidem recte, vel pronunciare commode literarum Graecarum expertes poteritis, tantum abest, ut sitis intellecturi. Fortassean id haud curare dicetis *Hippoclidem*. Non invideo vobis tam fortia pectora, & Grammaticum me esse malo quam *Midam*. Quid enim faciam talibus, Domini mei, nisi ut jubeam esse miseros libenter, quando ita aures ad salubria obturarunt consilia? Illis tantum noster sudat labor, quibus

De meliore luto finxit praecordia Titan,

&

& ſapere audent. Specimen ejus interim curae, dum majora paramus, hic, quem ex caſca votorum formula *lubens merito* vobis *donavi*, *dedicavi*, eſto libellus, meis aliquot notulis illuſtratus. Nec eſt, quod metuam, ne eo vobis, quod nihil niſi fabulas contineat, videatur vilior. Nam praeterquam quod ex poëtarum fabulis tantum non omnis haurienda eſt Paganorum Theologia, & aevi illius, quod μυθικὸν ϗ ἄδηλον appellant, qualiscunque prudentia; nonne perquam in illis multae ſunt, quae naturae nobis arcana amoeniſſime depingunt? multae, quae praeclaris & ſalutaribus vitam praeceptis inſtruunt? Plura huc pertinentia adderem, niſi aut hoc pacto meum ipſe tam ſoloci filo munusculum ornare velle verbis viderer, aut vos ii eſſetis, qui bonas amare literas, & ſuum illis ponere noſſetis pretium. Sed ut ea de re plane certus ſum, ita etiam fore, ut hanc quamlibet exiguam, fidam tamen, meae in vos gratae piaeque voluntatis arrham aequi boni faciatis, non deſpero. Ea enim eſt clementia & benignitas veſtra, ut, qua fas & jura ſinant, triſtem è conſpectu abire veſtro ſinatis neminem. Hoc nempe illorum eſt, qui non hominibus tantum imperare, ſed & ſe eſſe homines meminerunt, ut ſemper non tam praeeſſe, quam prodeſſe omnibus ſtudeant. Et ſi qua fides eſt, tales ſibi finxit,

ſinxit, quos aptiſſimo ſane vocabulo ποιμένας λαῶν appellitat, *Maeonius* ille vates. Gratulari vobis magis de iſta mente, an civibus veſtris de tam bonis Patribus, conveniat, ignoro; niſi quod dantis ſemper ſors, quam accipientis, habita fuerit melior. Majora & virtutibus veſtris condigna donent majores: ego unus de imi ſubſellii viris, quaecunque benigna patria ab devincto maximis beneficiis cive repoſcere poſſit, omnia me debere ut oſtendam, has voti reus *Antonini Liberalis Metamorphoſes*, measque ad illas commentatiunculas, honoris ergo Benignitatis veſtrae & Comitatis religioſiſſimo altari impono. Quo magis litaturum me confidam, gratiſſima *Phoebo* & *Ceres* dona tulit. Quod ſupereſt, Viri Magnifici, ſanctiſſimum illud & aeternum numen ex animo veneror, ut vivere vos diu & florere velit bono publico: pro quo quam diligenter excubetis, ſi, quod merita veſtra poſtulant, dicere aggrederer, verendum mihi eſſet, ne tam ſecundum facta & virtutes laudare vos, quam inepta adulatione, à qua nimium quantum meus abhorret Genius, veſtram captare viderer gratiam. Faxit interim ille Optim. Maximus, qui ſupra nos noſtra regit, ut dulciſſima illa rerum, alma pace, reddita, tandem aliquando ex profundo hoc calamitatum languidum ſuum miſera Patria caput efferat; ac poſt tot

pro aris focisque pugnata bella, pietas, leges, & quicquid eſt honeſtarum artium, quae pacis ſemper & comites eſſe ſolent & alumnae, rurſus efflorefcant. Videre jam videor illum pulcrum, illum laudandum diem; imo audire jam laetas vitulantium voces:

Tutus bos Batavûm *rura perambulat:*
Nutrit rura Ceres, *almaque Fauſtitas:*
Pacatum volitant per mare navitae:
Culpari metuit fides.

Scripſi in urbe veſtra
ad Foſſam *Corbulonis*
prid. Cal. *Septembres*
A. C. CIƆIƆCLXXV.

LECTORIS.

Quod *animadversiones nostras ad hunc Mythologum, quem esse* Antonium *illum, de quo in Chronico* Eusebiano, *& Illustr. Rhetorum indiculo apud* Suetonium *fit mentio, quidam volunt, lucem aspicere sim passus, non tam mea scito, quam amicorum sponte factum. Odorari se ex notulis nostris ad* Hyginum *ajebant ruspari audere me antiquitatem: ut in Latinis nuperius, ita nunc & in Graecis aliquod darem proludium. Non enim is sum, qui de prudentiorum judicio ferre sententiam libenter mihi permittam. An aliquod operae fecerim pretium, tuum esto, benevole Lector, ubi cum duabus illis, quae antehac prodierunt, editionibus hanc contuleris, arbitrium. Accuratior quidem, ut debuit,* Leidensis *illa nupera; sed ut est humanorum operum conditio, naevis interim suis non caret. Si nec ego omnino quod volui adsecutus sum; at annixus certe sum sedulo, ut perpaucas, quae in* Antonini *lectione remorari te possent, relinquerem salebras. In notis ad hunc* Liberalem *hoc praecipue attendi, ut rudiorum gratia elegantiores loquendi formulas aliorum scriptorum verbis illustrarem; si quae corrupta offenderem, quemadmodum mihi restitui posse viderentur, docerem. Conjecturas nostras, etsi perraras illas & haud dubitabiles, nusquam, nisi te prius ad-*

mo-

monito, in textum recepi. Quo enim multiplex ista editionum renovatio, si eaedem corruptelae in singulis identidem iterentur? Latinam versionem Xylandri, *nisi quod lemmata capitum ex* Leidensi *editione a Typographo desumpta sunt, ita ut ab illo primitus prolata fuit, adjiciendam curavi. Si interpolarem opus alienum, & ex paucis ac exigui momenti mutationibus gloriam interpretationis, quae nihil ad me pertinet, in me transferrem, non satis me facturum existimavi pro homine pudente. Ubi quid tamen in* Xylandriana *versione, quod minus se mihi probaret, aliquando occurrit, secutus* τοῦ πάνυ Salmasii *consilium, in notis, quid mihi rectius videretur, exposui. Sed quis tu es, inquies, ad* Xylandrum? *Fungus, fateor. Attamen & homo ille erat, & majora, quae nulla laboris pausa meditabatur, has minutias accuratius pensitare eum interdum non sinebant. Quid quod largiter peccaverat in publica commoda, si melioribus curis devotum ingenium hisce naeniis, quas nobis semitariis criticis delegasse videri potest, frangere sustinuisset? Sed ipsum ut otii penuriam excusantem audires, annotatiunculas ejus in* ἐσχατοκολλίῳ *repraesentare tibi jussi Typographum. Non morabor te diutius. Attigi votorum summam, si studium nostrum juvandi qualicunque modo bonas literas non fastidieris. Vale.*

AN-

ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ

ΛΙΒΕΡΑΛΙΣ

ΜΕΤΑΜΟΡΦΩΣΕΩΝ

Συναγωγή.

ANTONINI LIBERALIS

TRANSFORMATIONUM

Congeries.

ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ ΛΙΒΕΡΑΛΙΣ

ΜΕΤΑΜΟΡΦΩΣΕΩΝ

Συναγωγή.

ά. ΚΤΗΣΥΛΛΑ.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων γ΄.

Κτήσυλλα ἐγένετο Κεία τὸ γένος ἐξ Ἰουλίδος, Ἀλ-

Ἑτεροιουμένων] *Casauboni* verba ex *Animadv.* ad *Athenaeum* L. VII. c. 12. facere non possum, quin huc transferam. Quia tamen, inquit, *Europiaca Nicandri* nusquam nominantur, & turpe est sine lege loqui, scribo ἐν τρίτῳ Ἑτεροιουμένων. Cum enim de Glauci mutatione sermo sit, optime argumento convenit libri index, *de iis qui mutati sunt.* (quod probo.) Poëma erat simile Ovidianae metamorphosi. Ejus iterum meminit *Athenaeus* hoc libro. Et multos hodieque versus inde sumtos legere est apud *Antonium Liberalem*, & alios. Haec ille πολυΐστωρ. Etiam in indiculo auctorum, qui Animadversionibus subjungitur, *Antonius* audit. Nota *Antonium* a *Casaubono* dici, & versus *Nicandri* ab illo adduci. De versibus a *Liberali* adductis, quod ait, miror. Alterutrum necesse est, verum sit, aut alium, quam hic est, a viro magno visum librum, aut non respondisse ei memoriam. Quod ad nomen Antonii attinet, persuasissimum habeo illud non a *Casaubono*, sed ab oscitante esse typotheta. Pariter vitiose L. XIII. c. 8. *M. Antonius* dicitur Imperator ille, qui ex Philosophiae studio *Philosophi* invenit cognomen. Diserte L. IX. c. 11. *Antoninum Liberalem* cum *Xylandro*, non *Antonium* appellat hunc scriptorem. MUNCK.

Ἑτεροιουμένων] Idem, quod de *Antonii* & *Antonini* confusione notat *Munckerus*, in hac voce notandum. Ἑτερούμενοι, *Transformati*, & Ἑταιροιούμενα, *mutantia sese*, tamquam diversa *Nicandri* opera in eodem *Athenaei* indice leguntur. Ἑταιροιούμενα multa aliorum loca occupavit, ubivis fere a Viris D. jam emendatum, *Harduin.* ad *Plin.* T. I. p. 63. &c. *Voss.* in *Hist. Graec.* L. IV. c. 14. qui a *Munckero* modo adducta plurimum praecepit, *Hoelzlin.* ad *Apoll. Rhod.* L. I. vs. 1236. *Munck.* ad *Hygin.* c. 14. *Rutgers.* L. II. V. L. c. 18. Vix notatu dignum, nisi quis depravata lectione deceptus alium forsan

ANTONINI LIBERALIS
TRANSFORMATIONUM
Congeries.

I. CTESYLLA.

Ex Nicandri libro III. *de Alterationibus Formarum.*

Cteſylla Julide Cei inſulae urbe nata fuit, filia

forſan inde ſenſum erueret, quemadmodum, notante Harduino d. l., *Portus* ad *Suidae* locum V. Νίκανδρος hinc *de meretricio more viventibus* ſomniavit, & *Gyrald* T. II. p. 152. corruptis *Suidae* & *Athenaei* locis deceptus per *Sodalitia* interpretatus eſt. Sed genuinam, quam *Antoninus*, & *Stephanus Byz.* V. Ἀσπαλάθεια. dederunt lectionem, reſtituit *Kusterus*, vertitque: *de corporibus in alias formas mutatis.* Alii aliter. *De Pinedo* Graecam vocem ſervavit: Graecam etiam *Ovidius*, ſi quidem ab eo haec eſt Epigraphe. In eadem re verſantes ſecutus eſt, vel deſcripſit *Antoninus*, quos paſſim laudat, (unde forſan Μεταμορφώσεων Συναγωγή,) *Didymarchi* Μεταμορφώσεις. *Antigonum* ἐν ταῖς Ἀλλοιώσεσι, *Corinnam* ἐν Ἑτεροίοις, *Nicandrum* in Ἑτεροιουμένοις. & *Boeum* ἐν Ὀρνιθογονίᾳ. Alii ejusdem Argumenti ſcriptores memorantur Viris D. ad *Ovidii Metamorphoſeon* initium. *Casauboni* in *Athenaeo* pro ἐν τετάρτῳ . . . Εὐρωπίας legentis Ἑτεροιουμένων conjecturam damnarunt etiam *Voſſius* & *Rutgerſius* d. d. l. l. Quorum ille: *Summo viro non obverſabatur locus Stephani V.* Ἄθως, *ubi quintus* Εὐρωπείας Νικάνδρου *citatur*: Hic, *fuit autem*, inquit, *id Nicandri opus, quo videtur Europam deſcripſiſſe, & quae in ea memoratu digna occurrebant. Sic* ICILIAM *ejus &* AETOLICA *&* BOEOTICA *& id genus alia paſſim veteres ſcriptores laudant.* Neque etiam ratio procedit, cur illud Europiacum opus rejiciatur, quod nempe de Glauci mutatione ſermo fiat, quandoquidem ἐν τοῖς Αἰτωλικοῖς, quae ſubjungit *Athenaeus*, ejusdem Glauci hiſtoriam perſequitur, quod tamen in ἐν τοῖς Ἑτεροιουμένοις quis dicat mutandum? Certe *Schol. Apoll. Rhod.* L. IV. vſ 57. Νίκανδρος ἐν δευτέρῳ Εὐρώπης, quod *Rutgerſ.* d. l. recte vidit numero non conſtare, quandoquidem de quibus ibi ſermo eſt, in *quarto* ejus operis libro reperiuntur.

Κεία τὸ γένος ἐξ Ἰουλίδος] *Strab.*

Ἀλκιδάμαντος θυγάτηρ. ταύτην ἰδὼν Ἑρμοχάρης Ἀθηναῖος χορεύουσαν Πυθίοις παρὰ τὸν βωμὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐν Καρθαίᾳ, ἐπεθύμησεν αὐτῆς· καὶ ἐπιγράψας μῆλον, ἔρριψεν ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀρτέ-

Strab. p. 486. mox *Munckero* cit. Κέως δὲ τετράπολις μὲν ὑπῆρξε· λείπεται δὲ δύο ἥτε Ἰουλὶς καὶ ἡ Καρθαία. cet. *Stephan.* de Urb. V. Ἰουλὶς sua e *Strabone* hausit, ipso agnoscente *Berkelio*, unde mirari subit, cur nonnullorum Codd. fide fretus, omnium vulgatorum lectionem, ipso *Strabone* invito, spreverit. Ἰουλὶς, πόλις ἐν Κέῳ τῇ νήσῳ, quod in Κῷ mutatum ivit. Atqui alia insula Κῶς, alia Κέως. Has quidem inter se nonnumquam confundi monet *Broukhus.* ad *Propert.* L. I. 11. 22. Illam vero in Caria, hanc in Aegaeo mari sitam docet *Micyll.* ad *Ovid.* VII. *Met.* vs. 368. Clare *Idem Heroid.* Ep. XX. vs. 221. *Cingitur Aegeo, nomine Cea, mari.* Unde Κείων, pro Κώων apud *Menandr.* & *Heraclid.* περὶ πολ. recte ad *Aelian.* V. H. L. III. c. 37. vindicant Viri D. *Eustath.* ad *Hom. Odyss.* X. vers. 369. Κεῖος ἀπὸ Κέω τῆς νήσου. Idem iisdem verbis habet *Suidas* V. Βακχυλίδης. ubi male Καρθαίαν. *Plin.* L. IV. *N. H.* c. 12. *Ceos, quam nostri quidam dixere Ceam.* Unde apud *Phaedr.* L. IV. F. XXI. perinde videtur, num *in Ceo* an *in insula Cea*, legas. Nam Simonidem, quo de ibi agitur, Julide Cei urbe natum, addit quoque *Stephanus*, & hinc *Ceae Camenae* & *naeniae Ceae* pro *Simonideae* apud *Horatium.* Provocat quidem *Berk.* ad eumd. *Steph.* V. Κῶς, ἔοικεν ἓν τὸ πρωτότυπον Κέως, sed ipsum distinxisse eo liquet, quod ut Simonidae patriam *Ceon* adjudicavit, ita *Hippocrati* suam *Con*, quam vocem, etsi meane an aliena sit emendatio, distinguere omisi in apparatu, *Festo* restituam: *In Insula Aesculapio facta aedes fuit* cet. Lege, *In Insula* CO *Aesculap.* cet. *Dion Cass.* Γ. I. p. 638. Ἔτυχε γὰρ ἐκ τῆς ἐν Κῷ τοῦ Ἀσκληπιοῦ ὕλης ξύλα ἐς ναυτικὸν κεκοφώς. *Pausan. Lacon.* c. 23. πλέοντες ἐς Κῶν παρὰ τὸ Ἀσκληπιεῖον. *Lactantii* error facile cum *Heinsio* tollitur, L. VII. c. 13, 14 *ad Caeam urbem*, pro *Caeae*, ut ille, vel potius *Ceae. Ovid.* L. VII. *Met.* vers. 368. *Transit & antiquae Carthaeïa* (sic) *moenia Ceae.* Ceterum Epistola illa XX. *Heroid.* & XXI. modo haec sit *Ovidii*, cum Epist. X. L. I. *Aristaeneti* collatae, eamdem rem ita complectuntur, ut ovum ovo non similius, &, nisi Cydippes & Acontii mentionem injecisset, eamdem fabulam sub Ctesyllae & Hermocharis nominibus ab *Antonino* tradi dicas.

Ἐξ

filia Alcidamantis. Hanc cum Hermochares Atheniensis choream agere vidisset Pythiis ad aram Apollinis Carthaeae, (urbs ea est insulae ejusdem) amore ejus est correptus. Itaque in malum inscripsit

Ἐξ Ἰουλίδος] Vide *Strab.* Lib. X. pag. 551. Edit. Xyl. MUNCK.

Χορεύουσαν Πυθίοις παρὰ τὸν βωμὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐν Καρθαίᾳ] Χορεύειν verbum sacrorum, proprie de *Dionysiacis*, *Sophocl. Ajac.* vs. 711. unde Bacchus ipse χορεύειν & χορευτὴς *Orpheo* dicitur. Vid. *Periz.* ad *Aelian.* V. H. L. III. c. 40. & translate ἄστρων χοραγὸς *Sophocl. Antig.* vs. 1163. Erat tamen & aliorum Deorum: *Dianae*, *Callim. H.* in *Dian.* vs. 3. ubi vid. *Spanh.* *Cereris*, *Virgil.* Lib. I. *Georg.* vs. 346. *Apollinis*, *Apoll. Rhod.* L. I. vs. 536. & *Virgil.* L. IV. *Aeneid.* vs. 145. Hoc festum celebrantes hymnos canebant, *Spanhem.* ad *Callim.* d. l vs. 242. citharam pulsabant, *Id.* ad H. in *Apoll.* vs. 12. & in *Del.* vs. 302. & saltabant choream in orbem agentes, ad H. in *Dian.* vs. 3. unde *Aristoph.* in *Plut.* vs. 761. ὀρχεῖσθαι, σκιρτᾶν & χορεύειν jungit, de quibus videndus inprimis *Kusterus.* Χορεύειν παρὰ (an περὶ?) τὸν βωμὸν idem est, quod aliis στῆσαι vel στήσασθαι χορὸν ἀμφὶ vel περὶ βωμόν. Ita enim moris erat, ut loca indicata satis monstrabunt. Cuncta simul expressit *Schol. Apoll. Rhod.* d. l. Καθάπερ ἤθεοι ἐν Δελφοῖς, ἢ ἐν Δήλῳ, ἢ ἐν Ἰσμηνῷ περὶ τὸν βωμὸν τοῦ Ἀπόλλωνος χορὸν στήσαντες, πρὸς τὸ τῆς κιθάρας μέλος ἡρμοσμένως κροτοῦσι τοῖς ποσὶν &c. At cur non Julide, patria urbe, sed Carthaeae factum? Veteres non patria solum, sed aliorum etiam locorum festa celebrare, eoque choreas mittere solebant stato tempore. Vid. *Spanh.* ad *Callim.* H. in *Del.* vs. 278.

Ἀλλά τοι ἀμφιετεῖς δεκατηφόροι αἰὲν ἀπαρχαὶ
Πέμπονται. πᾶσαι δὲ χοροὺς ἀνάγουσι πόληες.

Μῆλον ἔρριψεν ἐν τ.] De mala projiciendi usu, quod amatorium erat, Graecis μηλοβολεῖν vel μήλοις βάλλειν, multa notavit *La Cerda* ad *Virgil.* Ecl. III. vs. 64. & *Claud. Berald.* ad *Stat.* L. III. Sylv. vs. 158. Eadem, quae *Antoninus*, narrat *Ovid.* in Epist. XXI. *Heroid.* vs. 105. cet. Ubi *Cydippe:*

In templum redeo, gradibus sublime, Dianae.
Tutior hoc ecquis debuit esse locus?
Mittitur ante pedes malum, cum carmine tali. cet.

τέμιδος· ἡ δὲ ἀνείλετο, καὶ ἀνέγνω. ἐγέγραπτο δὲ ὅρκος κατὰ τῆς Ἀρτέμιδος, ἦ μὴν γαμηθήσεσθαι Ἑρμοχάρει Ἀθηναίῳ. ἡ μὲν οὖν Κτήσυλλα ἀπέρριψε τὸ μῆλον αἰδεσθεῖσα, καὶ χαλεπῶς ἤνεγκεν, ὥσπερ ὅτε Κυδίππην Ἀκόντιος ἐξηπάτησεν. Ἑρμοχάρει δὲ αἰτησαμένῳ κατήνεσε τὸν γάμον ὁ πατὴρ ὁ τῆς Κτησύλλης, καὶ ὤμοσεν τὸν Ἀπόλλωνα τῆς δάφνης ἁψάμενος. ἐπεὶ δὲ διῆλθεν ὁ τῶν Πυθίων χρόνος, Ἀλκιδάμας ἐκλαθόμενος τὸν ὅρκον, ὃν ὤμοσεν, ἑτέρῳ συνῴκιζε τὴν θυγατέρα. καὶ ἡ παῖς ἔθυεν ἐν τῷ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερῷ· χαλεπῶς δὲ φέρων Ἑρμοχάρης ἐπὶ τῷ τοῦ διαμαρτεῖν, εἰσέδραμεν εἰς τὸ Ἀρτεμίσιον· καὶ ἡ παῖς αὐτὸν ἰδοῦσα κατὰ θεῖον ἠράσθη·

Ἀνέγνω. ἐγ. δ. ὅρκος κατὰ τῆς Ἀρτέμιδος] *Aristaen.* d. l. Τὴν γραφὴν ἀνεγίνωσκεν ἔχουσαν ὧδε· Μὰ τὴν Ἄρτεμιν Ἀκοντίῳ γαμοῦμαι. *Ovid.* verf. 143. *Non ego juravi: legi jurantia verba.*

Ἦ μὴν] Formula confirmandi ufitatiffima in jurejurando. *Demofth.* Κατὰ παίδων ὀμνύεις ἦ μὴν ἀπολωλέναι Φίλιππον. Ita ἦ μὴν & ἦ μὰν pro ὄντως in *Homero* invenias. *Hefychius:* Ἦ εἶπεν, ἀληθῶς, ὄντως. Male habet, quod mox fubdit doctiffimus Grammaticus. Ἥιατο, ἐκάθητο. Lege: Εἵατο, ἐκάθηντο, vel certe ἧντο, unde καθῆατο. *Iliad.* Λ. vf. 76. MUNCK. Formulam hanc illuftrat *Perizon.* ad *Aelian. V. H.* L. II. cap. 7. ubi praeter *Antonini*, plura congeffit loca, & *J. Alberti* ad *Epift.* ad. *Hebr.* c. VI. c. 14. ubi Vir Cl. hunc locum vertit: *Scriptum autem eft jusjurandum, quo per Dianam juraret virgo, fe* omnino *Hermochari nupturam.* Ἦ μὴν pro ὄντως, *certe*, *omnino*, quod addit, praecepit jam *Munckerus*, ut vides. Exempla ubivis obvia. Dudum illud obfervatum. *Scalig.* prim. Ἦ μὴν additur femper apud Poëtas, cum Dii ὤμοσαν. *Jurant*, & omnino *in jurejurando.*

Ἀπέρριψε τ. μ. αἰδεσθεῖσα] *Ariftaen.* d. l. ut pateat, ex eodem

pſit juramentum, quo per Dianam juraret virgo, ſe Hermochari Athenienſi nupturam: id malum abjecit in fanum Dianae, ſublatumque id Cteſylla legit: lectoque juramento, prae pudore abjecit, neque aequiore tulit animo quam Cydippe ab Acontio decepta. Caeterum Hermochari petenti nuptias pactus eſt Alcidamas, laurumque tangens Apollinem juravit. Exacto autem Pythiorum tempore, oblitus juramenti, filiam alteri deſpondit. Cum autem Cteſylla rem ſacram faceret in fano Dianae, repulſae impatiens Hermochares eodem irrupit: & eo conſpecto, Cteſylla divino impulſu amorem ejus concepit: reque

dem fonte omnia hauſta: Τὸν ἐρωτικὸν λόγον ἀπέῤῥιψεν αἰδουμένη.

Κατήνεσε τὸν γάμον] Pind. *Pyth.* Od. 10. Καταινήσαντε κοινὸν γάμον. Noſter cap. 34. Κατήνεσε τὸν λόγον. MUNCK.

Ἑτέρῳ συνῴκιζε τὴν θυγατέρα] *Ael. V. H.* Lib. VIII. cap. 9. Ἄλλῳ συνῴκισε τὴν παῖδα. Eſt enim patris filiam marito tradentis, in matrimonium elocantis, quod alias dicitur γαμίζειν, atque adeo plus, quam ſupra illud κατήνεσε τὸν γάμον. Et hinc indignatio Hermocharis, non quod Cteſylla *rem ſacram faceret*, ſed quod ἔθυε γάμους, quae plena eſt locutio hac in re uſitata, h. e. *propter nuptias ſacrificare*, θύειν τὰ γαμήλια, quod alii dicunt. Plura ejusmodi illuſtrat Ampl. *Cuperus Obſ.* Lib. III. cap. 13.

Θυγατέρα. καὶ ἡ παῖς] Propter mox ſequentia: καὶ ἡ παῖς αὐτὸν ἰδοῦσα cet. hic legere mavult cl. *Fonteinius* καὶ ἡ μὴρ, deleto παῖς.

Κατὰ θεῖον ἠράσθη] Fieri poteſt, ut errem; ſed tamen puto ſcripſiſſe Liberalem: Κατὰ θεόν. cap. 12. Κατὰ θεὸν ἀετὸς ἁρπαγὼς λαγωόν. cap. 13. Κατὰ θεὸν ἠφανίσθη. Eodem ſenſu mox: Κατὰ δαίμονα ἐτελεύτησε.

 cap.

ἐράσθη· καὶ συνθεμένη διὰ τῆς τροφοῦ, διαλαθοῦσα τὸν πατέρα, νύχιον ἀπέπλευσεν ἐς τὰς Ἀθήνας, καὶ γάμος ἐπράχθη τῷ Ἑρμοχάρει· τεκοῦσα δ' ἡ Κτήσυλλα, καὶ χαλεπῶς ἐκ τοῦ τόκου διατεθεῖσα, ἐτελεύτησε κατὰ δαίμονα, ὅτι ὁ πατὴρ αὐτῆς ἐψεύσατο τὸν ὅρκον· καὶ τὸ μὲν σῶμα κομίσαντες, ἔφερον ὅπως κηδεύσωσιν·

ἐκ

cap. 21. Κατὰ δαίμονα διεφθάρη. cap. 38. Κατὰ δαίμονα μεταβαλών. Alioqui scripsisset potius: Κατὰ τὸ θεῖον. Palaephatus Actaeone: μὴ ὑβρίζωσιν εἰς τὸ θεῖον. MUNCK. Τὸ θεῖον etiam *Tollius* praefert in *Aristaen.* d. l. Ὡς ὅμοιον ὁμοίῳ κατὰ θεῖον ἀεὶ προσπελάζει. Sed inter usitatas ejusmodi formulas, κατὰ τύχην, κατὰ δαίμονα, κατὰ θεόν, etiam κατὰ θεῖον probat *Valckenarius*, si quis, justus arbiter, ad *Herod.* Lib. III. pag. 275. Invenio, quo dubium tollitur, apud *Aristoph.* in *Equit.* vs. 146. Ἀλλ' ὁδὶ προσέρχεται Ὥσπερ κατὰ θεῖον, ἐς ἀγοράν.

Συνθεμένη διὰ τῆς τροφοῦ] *Pacta cum eo per nutricem.* Ita *Xylandro* melius *Periz.* ad *Aelian.* *V. H.* Lib. X. cap. 18. ubi συνθεῖναι, quod infra cap. ult. συντίθεται πρὸς Καδμείους, unum cum altero dici, observat.

Γάμος ἐπράχθη Ἑρμοχάρει.] Nisi de honestis heic nuptiis sermo esset, non inepte exponi hoc posset: συνῆλθεν αὐτῷ Ἑρμοχάρης, *Pind. Pyth. Od.* 9.

Τερπνὰν γάμου κραίνειν τελευτάν.

Hoc est, μιχθῆναι, ut recte explicat Scholiastes. *Aristaen.* Lib. I. Epist. 21. γάμοι μήτε πολυπραγμόνει, μήτε προσδόκα. h. e. τὴν συνουσίαν. Non concedit Graecorum elegantiae illud *Petronii: Plaudentibus ergo universis, & postulantibus, nuptias fecerunt.* Ita *Connubium Hyginus Mythol.* cap. 14. pro *concubitu* posuit. Si tanti putes, vide quae ad illum locum a nobis sunt observata. MUNCK.

Τὸ σῶμα κομίσαντες ἔφερον] Ne tautologiam metuamus, τὸ κομίζειν heic idem esse, quod ἐνταφιάζειν putemus, hoc est, lotione, unctione, aliisque, quae veteres amabant, corpus praeparare ad sepulturam. Est certe, ut κομίζειν funebre sit verbum. *Sophocl. Aj. Flagell.* vers. 1414. Κεἴτινα στρατοῦ θέλεις κομίζειν. Interpres: *Si quem de exercitu alium pro te curare voles*, funus puta Ajacis. *Terent.* And. Act. 1. sc. 1. *Curabat una funus. Eustath.* Κομίζω ἢ κομῶ ἐπιμελείας ἀξιῶ. Συγκομίζειν

μίζειν

reque cum nutrice compoſita, noctu clam patre Athenas navigavit, nuptiaeque cum Hermochare ſunt perfectae. In partu autem Cteſylla adverſa uſa valetudine, deceſſit, Dei voluntate, propter patris perjurium. Cujus cadaver cum ad ſepulturam efferretur,

μίζειν pro θάπτειν accipiunt Graeci Magiſtri. *Schol. Soph. Aj. Flag.* verſ. 1068. Μὴ θέλε συγκομίζειν, ἤγουν θάπτειν, ἀπὸ συναγομένων καρπῶν εἰς ἀποθήκας. Sed ἀπροσδιόνυσα haec, nec per omnia vera. Satis jam animi gratia argutati ſumus. Tu κομίζειν hoc loco, ut & apud Sophoclem, vere idem eſſe, quod βαστάζειν, dixeris. Sane apud Tragicum Poëtam eſt, *aſportare corpus Ajacis in ſaltu inventum.* Sic verſ. 839. Πρῶτος ὥς με βαστάσῃ. & verſ. 937. τίς σε βαστάσει φίλων; Atque ita interpretandum illud *Homeri* Iliad. γ. verſ. 378. κόμισαν δ' ἐρίηρες ἑταῖροι. Schol. ἦραν, ἐβάστασαν. Ergo tautologia heic eſt. Nihil minus, ô bone. Sed Graeca elegantia. Planc ut Liberalis noſter, etiam *Aelian.* ποικ. ἱσ. Lib. III. c. 22. τοὺς πατρῴους θεοὺς βαστάσας ἔφερε. Lib. XII. cap. 51. ἀπιὼν ᾤχετο. *Lucian.* Fugit. ἀπιὼν ᾠχόμην. A quo non longe abit, quod inferius cap. 32. legis: ᾤχετο φεύγουσα. & cap. 23. ἦγεν ἐλαύνων. Plura exempla tibi ſuppeditabit *Stolbergius* ad *Aj. Flagell. Sophocl.* pag. 195. Pulchre Helleniſmum vidit doctiſſimus Xylander. vertit enim *cujus cadaver cum ad ſepulturam efferretur.* MUNCK. De hac locutione pluribus egit *Graev.* Lect. Heſiod. cap. 1.

Τὸ σῶμα κομίσαντες ἔφερον] Tautologiam urget etiam in altera editione *Berkelius*, cui vapulant *Xylander* & *Munckerus.* Immerito. Familiaris haec *Antonino* eſt elegantia. Cap XX. Φεύγουσα ἀφίκετο. Cap. XXXIV. Ὤιχετο φέρων. Cap. XXXVIII. Φυγὼν ἔρχεται. Cap. XXXIX. Ἐκφυγοῦσα ἐξίκετο. Sic *Theocrit. Id.* II. vſ. 152. *Arrian.* de *Exp. A. M.* Lib. I. cap. 17. 10. *Lucian.* Tom. III. pag. 655. Φερόμενος βαστάζεται. Neque in κομίσαντες vel κοσμήσαντες cum *Berkelio* mutes. Eſt enim eadem fere, quae verbis κομεῖν & κοσμεῖν ineſt, τῷ κομίζειν notio lotionis & unctionis, quibus cadavera ad ſepulturam parabantur, unde συγκομίζειν, quod in *Act. Apoſt.* Cap. VIII. com. 2. occurrit, de cadavere curando, vel, ut Latini dicunt,

ἐκ δὲ τῆς σρωμνῆς πελειὰς ἐξέπτη, καὶ τὸ σῶμα τῆς Κτησύλλης ἀφανὲς ἐγένετο. Χρωμένῳ δ' Ἑρμοχάρει ὁ θεὸς ἀνεῖπεν ἱδρύσασθαι ἱερὸν παρὰ τοῖς Ἰουλιήταις, ἐπώνυμον Ἀφροδίτης Κτησύλλης· ἔχρησε δὲ καὶ τοῖς Κείοις· οἱ δὲ θύουσι ἄχρι νῦν Ἰουλιῆται μὲν Ἀφροδίτῃ, Κτήσυλλαν ὀνομάζοντες, οἱ δὲ ἄλλοι Κτήσυλλαν Ἑκαέργην.

componendo ante, quam exequiae fierent, adhibetur. Infra cap. XXXIX. non tam diſſimilis locus: Τὸ σῶμα προήνεγκαν εἰς ἐμφανὲς οἱ προσήκοντες. καὶ οἱ μὲν ἔμελλον κηδεύσειν.

Ἐκ τῆς σρωμνῆς] Xyl. *è ſandapila*. *Lectum* rectius appellaſſet cum Perſio Sat. 3. vel *torum*, cum *Ovid.* IX. *Met.* Κλίνη & λέχος dicitur alias Graecis, *lectica* Latinis. Σορὸν & λάρνακα cap. 33. cadaveri Alcmenae adſignat. Eâ formâ licet veriſſime fuerit Romanorum ſandapila, verterim tamen *capulum* potius vel *arcam*, quam *ſandapilam*. Rationes alias non requires, ſi cogites ſandapilas illa tantum dici Latinis pheretra, quibus plebeiorum vel damnatorum cadavera efferebantur. MUNCK. Confirmat ipſe *Antoninus* cap. XXXIV. Ἐπὶ τῆς σρωμνῆς ἐξεδέχετο τὴν κόρην. *Aelian. V. H.* Lib. XIII. cap. 1. Σρωμνὴ (Ἀταλάντης) αἱ δοραὶ τῶν τεθηραμένων. ubi *Periz. Munckero* adſentiens in hoc *Antonini* loco etiam *lectum funebrem* interpretatur.

Ὁ θεὸς ἀνεῖπεν] Mire in hoc verbo ludit Librariorum oſcitantia. *Apollod.* Lib. II. c. VIII. §. 2. ὁ δὲ θεὸς ἀντεῖπε, ubi in aliis rectius, quamquam utrumque probat *Aegius*, (etiam *coll. d'Orvill.*) ἀνεῖπε. Apud eumdem Lib. III. cap. XIV. 8. ὁ δὲ θεὸς ἀπεῖπεν, quem errorem graviſſimum vocat *Faber*, & omnino legendum cenſet ἀνεῖλεν, quod voluit & *Galeus*, verbum nempe hac in re proprium, & apud

β'. ME-

tur, columba e ſandapila evolavit, corpusque mortuae nusquam apparuit. Conſulenti porro oraculum Hermochari, respondit Deus, ut apud Julitas templum poneret, ſacrum Veneri Cteſyllae. Ceis etiam oraculum datum eſt: hique etiamnum Veneri ſacrificant, Cteſyllam eam appellantes, alii Cteſyllam Hecaergam.

apud quosvis ſcriptores obvium, uti multis probavit *J. G. Graevius* ad *Lucian. Soloec.* pag. 116. Ex *Antonino* tamen *Apollodoro* recte ἀνεῖλεν reſtituit ad *Gregor.* pag. 235. *Koenius*, quem lugere Muſae nondum deſinunt. Similiter Lib. I. cap. VIII. §. 2. in *Apollod.* pro τὰς Μοίρας φασὶ δὲ εἰπεῖν, *Faber* legit φασὶ ἀνελεῖν, quia vox eſt oraculorum, quod neceſſarium non judico, quia nihil de oraculo conſulto praecedit, certe facilius mutari poſſet in ἀνειπεῖν. Nam ſimplici verbo ita utitur *Antoninus*, cap. XXV. Θεωροὺς ἀπέστειλαν παρὰ τ' Ἀπόλλωνα, καὶ αὐτοῖς εἶπεν ὁ Θεός. Idem enim eſt, quod mox ἔχρησε δὲ τοῖς Κείοις, quo ſenſu hoc verbum adhibuit *Euripid. Phoeniſſ.* verſ. 412. ubi & pag. 724. conſ. Cl. *Valckenarium.*

De Graecis Bibliis, quoniam commoda fe offert occafio, facere non poffum, quin obiter heic juventutem moneam, non parum eorum poffe lectionem illi, qui emendare intendat *Hefychium,* afferre adjumenti. Nec tibi rem ingratam facturum me arbitror, mi Lector, fi aliquot fpeciminibus dicta mea confirmavero. Attende, & judica. Jam hinc ordiar, ordinem fervans *Hefychii.*

ἈΓΩΓΗ', τρόπος, ἀναστροφή. Eft qui corrigat, ἀνατροφή. Fruftra. Vide *Hefth.* cap. II. 20. MUNCK.

ἈΜΦΙΒΟΛΕΙ͂Σ, ἁλιεῖς. Appinxerunt in magine, ἁλιεῖς. Scrib. ἁλιεῖς. *Efai.* cap. XIX. 20. MUNCK.

ἈΠΕΚΑ'ΚΙΣΕ, ἐπικράνθη. Exiftimo legendum, ἀπεκάκησε. *Jer.* cap. XV. 17. ἀπεκάκησε ἡ ψυχὴ αὐτῆς. MUNCK. Idem conjecerunt *Pergerus* & *Kufte.*

Kusterus ad *Hesychium*. Nihil tamen mutandum censet *Jens. Lucubr. Hesych.* pag. 34.

'ΑΠΟΣΤΑΛΑΙ', ἀποπέμψεις. Recte corrigit *Salmas.* ἀποσολαί. Vide 3 *Reg.* cap. IV. vers. ult. 1 *Esdr.* cap. IX. vs. 51. ubi munera ita appellantur, quae pauperibus mittuntur. MUNCK.

'ΑΣΥΝΘΗΣΙ'Α, παραβασία. lege: ἀσυνθεσία. *Jer.* cap. III. vers. 7. MUNCK.

ΒΩ'ΛΑΞ, βῶλος, γῆ. Forte scripsit *Hesychius:* βῶλος γῆς. *Job.* c. VII. 5. βώλακας γῆς ἀπὸ ἰχῶρος ξύων. *Apoll.* L. II. p. 126. Γῆς ἐνέβαλε βῶλον. *Gloss. Cyrill.* Βῶλος γῆς, *gleba.* MUNCKERUS. Erroris *Munckerum* hic recte arguit *Berkelius.* Γῆ satis sanum. Vid. Eum pag. 286. & *Albert.* ad *Hesychium.*

ΔΙΑΤΑ'ΧΩΣ, συντόμως. lego: διατάχυς. *Hesth.* cap. XVI. 18. Sic διαταχέων dixit *Plato.* Etiam quod paulo superius exstat, διὰ κενῆς, scripserim junctim potius, διακενῆς. Legitur *Job.* cap. II. 3. & VI. 5. 1 *Maccab.* cap. VI. 12. MUNCK. Qui nimis acriter *Albertio* videtur reprehensus a *Berkelio*, vitilitigatorem potius agente, quam correctorem; nam διαταχέων, quod emendat, nec Viro Cl. placet, nec *Jensio Luc. Hes.* pag. 61. qui vel *Munckeri* & aliorum διατάχυς probant, vel διὰ τάχυς.

ΔΙΕΚΒΑ'ΔΗΝ, διόδον, lego: διεκβολήν. *Jer.* cap. XII. 12. *Zach.* cap. IX. 10. *Obad.* V. 16. MUNCK. Διέκβασιν mavult *Jens.* d. l.

'ΕΠΙ'ΣΤΗ, οἶδα. *Salmas.* ἐπίσημι. malim: ἐπίςῃ, οἶδας. *Jer.* cap. XVII. 26. MUNCK. Cujus iterum *Berkelio* vapulantis conjecturae tamen subscribit *Albertius.*

ΘΙΜΩ͂ΝΕΣ, θιμωνιαί. Superius dixerat: θημῶνες, θημωνιαί. Item, θεμωνιαί *Job.* cap. V. 26. θιμωνία ἅλωνος. *Siracid.* c. XXXIX. 17. θημωνία. Alterutrum profecto, θιμωνίαι, aut θημωνίαι reponendum. Pariter in accentu inferius peccatum, ubi μεριδαρχιαὶ legas pro μεριδαρχίαι. Habetur 1 *Esther.* c. I. 5. & 11.

ΚΝΙ'ΖΩΝ, ἢ κνιζείων λυπῶν συκάμινα τέμνων. Locum mirifice corruptum esse quilibet videt. Conjectavi: Κνίζων, κνυζῶν, ἢ λυπῶν, ἢ τέμνων, ὃς τὸ συκάμινα κνίζων. quae *Amos* verba sunt C. VII. 14. Additur in Scholiis explicatio ex *Hesychio*, τουτέστι, κεντῶν, ὥστε πέπειρα γενέσθαι. quem ego locum invenire tamen necdum quivi. Suspicari possis pro τέμνων non male heic forte poni κεντῶν. Συκάμινον est συκομορέα. *Hesych.* Συκομορέα, συκάμινον. Sycaminorum fructum nisi leviter incideris, sunt, qui maturescere negent. Κνίζειν esse κνυζᾶν, h. e. *gannire*, uti canes solent, didici ex *Oppian.* L. I. vs. 506. Doctiss. *Drusium* mirari satis non possum ad hunc Prophetae lo-

τȢ Πειρίφαντος, ϗ καταλαβὼν ὁμιλȢ̃ντα τῇ γυναικὶ, πιέσας ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν, ἐποίησεν ὄρνιθα

cum ſcribentem: *Vellicans ſycamina.* *Ita Hieronymus*, inquit, *Theodotionem*, *ut apparet*, *ſecutus*, *qui antea verterat*, χαρακῶν συκάμινα, id eſt, *Vellicans ſycamina.* Atqui non χαρακίω, ſed κνίζω eſt *Vellico.* Secutus ergo eſt τȢ̀ς ὁ. non *Theodotionem.* MUNCK. Viri D. κεντῶν pro τέμνων & *Berkelii* λεπτύνων pro λυπῶν merito damnat *Albert.* ad *Heſ.* ubi locum docet non mutandum, niſi hac diſtinctione: Κνίζων, ἢ κνιζείων. (ſive κνύζων.) λυπῶν. ἢ συκάμινα τέμνων. *Jenſius* haec loco movit, & poſt Κνίξ repoſuit, ſic: Κνίξων ἢ κνιζείων. cet.

ΝΙ'ΚΟΡ, διαφθορά. lego, νῖκ☉. Habet hoc ex verſione τ̃ ὁ. qui εἰς νῖκ☉ pro εἰς τέλ☉ dicere amant. vide *Thren. Jer.* cap. V. 10. & confer cum *Dan.* cap. II. 34 *Job* XXXVI. 7. *Amos.* cap. I. 11. & cap. VIII. 7. *Jerem.* III. 5. Imitatur illos *Matth.* cap. XII. vſ. 20. Τέλ☉ autem διαφθορά. 1. *Theſſ.* cap. II. vſ. 16. Hinc lux non parva affulget verbis *Pauli*, 1. *Cor.* cap. XV. 15. κατεπόθη ὁ θάνατ☉ εἰς νῖκ☉. Quemadmodum vulgo illa vertantur norunt omnes, Ego verterim: *Abſorpta eſt mors in perpetuum*, vel *penitus.* Εἰς νῖκ☉ enim idem, quod εἰς τέλ☉. *Luc.* cap. XVIII. 5. ἵνα μὴ εἰς τέλ☉ ἐρχομένη. Vertit bene *Piſcator*: *ne perpetuo veniens.* male alii: *tandem.* Idem εἰς τ̃ αἰῶνα. *Pſ.* IX. 18. εἰς διηνεκὲς *Paulo* epiſt. ad *Heb.* cap. VII. & X. Quod inferius legitur in *Heſychio*, Συντελείας, κανίας, affine hiſce eſt, & commode illuſtrari poteſt ex *Jud.* cap. XX. 40. ἀνέβη συντέλεια τ̃ πόλεως ἕως Ȣ̓ρανȢ̃. κακίαν vocaverat vſ. 34. Ita συντελεῖν pro ἐξολοθρεύειν invenias 1. *Reg.* cap. XV. 18. Corruptum eſt, quod ſtatim ſubjungitur: Συντελέσϑ, πληρȢ̃σϑ. leg. συντελεῖσθαι. MUNCK. Νίκορ non in νῖκ☉, quod vult *Munckerus*, mutandum, recte oſtendit *Berkelius.* Vid. *Albert.*

'ΟΙΧΗ'ΣΟΝΤΑΙ, πορεύσονται, ἀπελασθήσονται, ἢ ἔρχονται· ὁμοίως ϗ οἴχη, ἢ ἠφανίσθη. lego οἴχῃ, ἠφανίσθης. *Hoſ.* cap. X. 10. 'Αφανισθῆναι autem eſt e medio tolli, ut vel ex uno *Antonino* noſtro liquere poteſt. MUNCK. Quis, inquit *Berkelius*, puerorum adeo ſtupidus & hebes, qui non videat pro οἴχη legendum οἴχῃ? Quaſi *Munckerus* illud ι tantum advertiſſet, cum ex οἴχη ἢ ἀφανίσθη dederit οἴχῃ, ἠφανίσθης, quod calculo ſuo comprobat *Albertius.* Pro ἔρχονται *Jenſius* conjicit ἐξέρχονται, an voluit ἐλεύσονται?

'ΟΥΡΑ'ΓΙΑ, στρατηγίας ȣ̓ρά. Muta accentum, & ſcribe, ȣ̓ραγία. *Deut.* XXV. 18. MUNCK.

dans, in domum Periphantis venit, eumque cum uxore versantem offendens, utraque manu pressum in

MUNCK. Et hic paratragoediatur *Berkelius*, quod in accentu mutando operam collocarit *Munckerus*, ac si hic non nisi minutias ageret, ubi ipse p. 250. in ἐκφέρεται vitium Typotheticum insidere, & alterum ρ delendum prolixe differuerit, quamquam in contextu illud, quod explosit, retinuit.

ΠΡΟΜΑΧΕΩ'Ν, πύργος. scrib. προμαχών. *Jer.* cap. V. 10. *Tob.* XIII. 16. Invenio tamen etiam in *Gloss. Cyr.* προμαχεὼν, *propugnaculum*. MUNCK.

ΠΤΕΡΝΙΕ'Ι, παγιδεύει. scrib. παγιδεύσει. *Jer.* cap. IX. 4. MUNCK. Subscribunt *Suicerus* & *Bielius*. Sed vulgatam tuetur *Cyrilli* Mſ. apud *Albertium*, qui & *Jeremiae* loco satis convenire censet.

ΣΤΡΑΤΕΥ'ΟΜΑΙ, διατρίβω. Corrigunt στραγγεύομαι. Haud scio quam recte. *Jud.* cap. XIX. 8. στρατεύσον ἕως κλῖναι τὴν ἡμέραν. Sed forte & heic reponendum στράγγευσον. MUNCK. Consentit cl. *Wessel. Probab.* pag. 291. Vid. *Alb.* ad *Hes.*

ΣΥ'ΝΝΟΥΣ, κατηφεῖς. leg. κατηφής. 1. *Esdr.* cap. VIII. 71. MUNCK. Accedunt Viro D. *Biel. Is. Voss.* & *Cyrilli* Mſ.

ΦΙΛΙΑ'ΖΕΤΟ, ἐχωρίσθη αὐτοῦ. Hoc nullus capio. Vide num fuerit, ἠράσθη αὐτοῦ. *Siracid.* c. XXXVII. 1. 1. *Esdr.* cap. III. 22. ubi est *amicitiam colere.* MUNCK. Sic *Judic.* c. XIV. 19. Τῶν φίλων αὐτοῦ, ὧν ἐφιλίασε. *Paral.* cap. XIX. 2. Ἢ μισουμένῳ ὑπὸ κυρίου φιλιάζεις? MUNCK.

ΧΕΛΩΝΙ'ΔΟΣ, οὐδὸς τῆς θύρας τῆς σκηνῆς. Leg. οὐδοῦ vel Χελωνίς. *Judith* cap. XIV. 15 ubi *Tremell. super strato.* male. MUNCK.

ΧΑΙΔΟ'Σ, σακκοπάθνιον. Ἀσκοπυτίνη, puto, scripserat *Hesychius*. *Judith* cap. X. 5. Haec in gustum sufficiant. Quod si studium nostrum qualicunque modo juvandi bonas literas non ingratum tibi esse intellexero, non parum animabis me, ut aliquando aliquid boni faciam *Hesychio*. MUNCK.

Ὁμιλοῦντα τῇ γυναικί] Verterim: *cum uxore colloquentem*, vel si mavis, *congredientem*. Nam est μιχθῆναι & ὁμιλεῖν. MUNCK.

Πιέσας ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν, ἐποίησεν ὄρνιθα αἰετόν] Deprehenderat Jupiter Περίφαντα ὁμιλοῦντα τῇ γυναικὶ, unde pro ἀμφοτέραις conjeceram ἀμφοτέρους, nec displicuit *Fonteinio*, qui inde pro ὄρνιθα conjecit ἄνδρα. Alterum sine altero stare non po-

ὄρνιθα αἰετόν· τὴν δὲ γυναῖκα αὐτοῦ, δεηθεῖσαν καὶ αὐτὴν ὄρνιθα ποιῆσαι σύννομον τῷ Περίφαντι, ἐποίησε φήνην· καὶ τῷ μὲν Περίφαντι δωρεῖται τιμὰς ἀντὶ τῆς ἐν ἀνθρώποις ὁσιότητος· ποιεῖ γὰρ αὐτὸν ἐν πᾶσι τοῖς ὄρνισι βασιλέα, καὶ δίδωσι φυλάσσειν τὸ ἱερὸν σκῆπτρον, καὶ προσιέναι πρὸς τὸν ἑαυτοῦ θρόνον· τῇ γυναικὶ δὲ τοῦ Περίφαντος, ἣν ἐποίησε φήνην, δίδωσι πρὸς

potest. Locus ita dispositus etiam acutissimo *Ruhnkenio* non displicet, quamquam & vulgatam stare posse existimat, nec nego.

Σύννομον] Elegans vocabulum. cap. 14. Καί εἰσιν οἱ μὲν ἄλλοι σύννομοι. A συννέμομαι, *compascor*, ut loquitur Varro. *Aeliano* per metaphoram σύννομος est *conjux* Lib. I. *Anim.* cap. 16. & *Sophocl. Elect.* vs. 601. Ita generaliter etiam σύννομος dicitur, qui vivit cum altero, vel consuetudine ejus & familiaritate utitur. *Schol. Pind.* ad *Nem.* Od. I. σύννομος ἔσται θεοῖς. Sed haec tralatitia sunt. MUNCK.

Ἐν... ὄρνισι βασιλέα] Aliam causam regii hujus ἀξιώματος, nescio unde, profert *Apostolius* Cent. IX. 51. MUNCK.

Τὸ ἱερὸν σκῆπτρον] *Xylander* emendat: τὸ ἱερὸν σκηπτόν. Non improbo. Aliud sceptrum praeter fulmen non novit *Jupiter. Priap.* c. XIX.

Fulmina sub Jove sunt, Neptuni fuscina telum.

Et telum & sceptrum *Neptuni* fuscina, ut Jovis fulmen. *Plin.* Lib. X. cap. 3. *Negant unquam solam hanc avem fulmine exanimatam: unde armigeram Jovis consuetudo judicavit.* *Servius* ad Aen. I. vs. 398. *Eum in avem convertit, quam avem Jupiter inhaerere sibi praecepit, & fulmina gestare.* Nec unquam legere memini, ubi sceptrum gestans introducatur aquila. *Jovis armiger ales* est *Virgilio* Georg. 3. non *sceptriger*, quamvis licet fulmen Jovi pro sceptro sit. *Phaedr.* Lib. IV. cap. 17.

Consedit genitor tum deorum maximus
Quassatque fulmen.

h. e. sceptrum.

Si quis tamen τὸ σκῆπτρον retinere maluerit, advocare poterit illud *Pindari Pyth.* Od. I.

Καὶ

in aquilam commutavit: uxoremque ejus orantem ut se quoque in avem Periphantis consuetudine utentem verteret, phanam, id est fulicam fecit. Periphanti porro ob pietatem qua inter homines praestiterat, hoc honoris tribuit, ut rex omnium avium esset, sacrique custos fulminis, & ad suum adiret solium. Uxori autem Periphantis, ut avis ea

Καὶ τ̀ αἰχματὰν κεραυνὸν σβεννύης
Ἀενάȣ πυρός.
Εὕδει δ' ἀνὰ σκαπτῷ
Διὸς αἰετός.

Sed ἐκ παραλλήλȣ, ut vides, ponit fulmen & sceptrum. MUNCK.

Σκῆπτρον] A conjectura *Xylandri* σκῆπτον emendantis etiam *Cuper.* non alienus est, in *Apoth. Hom.* p. 24. *Fulminis minister* & *armiger* poëtis dicitur aquila. Vid. *Heins.* ad *Sil. Ital.* L XII. vs. 58. *Pindarus* Nob. Viro cit. *Pyth.* I. vs. 9.

—— Εὕδει δ' ἀνὰ σκάπτῳ Διὸς αἰετός.

Sed fulmen Jovis sceptrum erat, unde lectio non sollicitanda; propterea quod mox subjungitur θρόν☉, de quo vid. *Burm.* de *Jov. Fulg.* c. 14.

Φήνην] Alias Φίνις dicta haec avis. Diosc. Lib. II. cap. 58. Φίνις τὸ ὄρνεον, Ῥωμαϊςὶ καλȣ͂σιν ὀσσίφραγον. *Ossifragam* appellat quoque *Plinius* Lib. X. cap. 3. Perperam in versione sua *Xylander: phanam*, id est, *fulicam.* & in utriusque editionis Indice: *Fulica, quae & phana avis.* Neque enim φήνη est fulica, sed αἴθυια. Auctor locuples *Virgil.* I. Georg. vs. 362. *Marinae fulicae*, ex illo Arati, ἐν ἁλὶ δῖναι αἴθυιαι.

Sosipater Lib. I. λάρον *fulicam* interpretatur. Et hoc vitiosum sine dubio. Nam λάρ☉ est *gavia*, ut patet ex *Miles.* v. *Apuleji.* Praeter *Petrum Damianum*, qui eundem, quem *Xyl.* errorem errat Lib. II. ep. 18. deceptus quoque est in Lexico suo *Jo. Crispinus* voce AΙ'ΘΥΑ. Notavit ibi nescio quis: *Virgilius ex Arato vertit fulicam, quae etiam ab Homeri interprete* φήνη *dicitur ad illud Odyss.* έ. αὐτὴ δ' ἀψ &c. versus hic est 352. ad quem nihil annotavit *Scholiastes.* Sed ad vs. 337.

Αἰθυίῃ δ' εἰκυῖα ποτῇ ἀνεδύσατο λίμνης.

haec

πρὸς ἅπασαν πρᾶξιν ἀνθρώποις αἰσίαν ἐπιφαίνεσθαι.

hacc legas: Σὺν τῷ ν γραπτέον ἐν ᾗ πτῆσιν, ὡς τὴν ὁρμὴν, ἀπαλλαττομένη μέντοι εἴκασαι τῇ αἰθυίᾳ, ὡς καὶ ἡ Ἀθηνᾶ ὄρνις δ' ὡς ἀνόπαια διέπτατο, καὶ φήνῃ εἰδομένη. Ἄιθυια δὲ εἶδος ὀρνίȣ (leg ὀρνέȣ) θαλασσίȣ. Quaeſo te, lector, an heic fulicam φήνην eſſe ait? Nihil minus: ſed quod heic de Leucothea dicitur, comparat cum illis, quae de Minerva dicta ſunt Odyſſ. A. vſ. 320. Et Γ. vſ. 372. φήνῃ εἰδομένη. ubi *Scholiaſtes:* φήνη εἶδος ὀρνέȣ ὅμοιον ἀετῷ. Φήνην itaque *oſſifragam;* quam & *barbatam* dictam *Plinius* refert L. X. c. 3. *Oſſifrangus* eſt *Iſidoro* L. XII. 7. *Orig.* Ex Latino vocabulo Graecum finxit *Gloſſogr. Oſſifragus*, ὀστοκόπος, ὀστοκλάστης, ὀστοκατεάκτης, ὄρνεον. & alibi: *Oſſifragus*, ὀστοκόραξ. A veteribus Latinis *Sanqualis* dicta eſt. *Feſtus Pauli: Sanqualis avis, quae* OSSIFRAGA *dicitur.* Inter accipitres numerat *Aelian. Anim. Hiſt.* L. XII. c. 4. *Ariſtoteles* περὶ Θαυμ. Ἀκȣσμ. p. 97. Ed. *Sylb.* Ἐκ τȣ̃ ζεύγȣς δὲ τῶν ἀετῶν θάτερον τῶν ἀγόνων (ἐκγόνων *Gesn.*) ἁλιαίετος γίνεται παραλλὰξ, ἕως ἂν σύζυγα γένηται. ἐκ δὲ τῶν ἁλιαιέτων φήνη γίνεται &c. Φίνις dicitur a *Dioſceride* L. II. c. 58. Φίνις τὸ ὄρνεον, inquit, ὃ Ῥωμαϊστὶ καλȣ̃σιν ὀσσίφραγον. Sed hanc non meam eſſe, ſed *Bocharti* obſervationem ait Vir Cl. (*Berkel.*) ſiquidem in ſuo *Hierozoico* ex *Dioſceride* hunc locum adducit alicubi *Bochartus.* Fateor bilem movere mihi tam jejunam malignitatem. Nemo, opinor, ferat me ita ſcribentem: Φίνιν eſſe Romanorum oſſifragam docet ex *Dioſcoride* in Lexico ſuo *Criſpinus:* ergo non *Bocharti* haec, ſed *Criſpini* obſervatio eſt, & hic ab illo compilatus. Quaſi vero τῶν ἀδυνάτων ἓν eſſet, ut duo idem legerint. Atqui ille tam rigidus aliorum Cenſor ipſe duorum locorum emendationes in annotationibus prioribus ad *Anton.* C. XXXI. ſibi confidenter vindicat, quas in ſecundis curis, neſcio qua motus cauſſa, ſimpliciter vero auctori, h. e. *Cluverio* acceptas refert. Aut fateatur heic neceſſe eſt, idem ſibi, quod *Cluverio*, veniſſe in mentem, aut eas a ſe *Cluverio* ſublectas. MUNCK.

Ἐποίησε φήνην] Hanc fabulam apud alios fruſtra quaeſieris. *Lactantius* & *Ovidius* (L. VII. *Met.* vſ. 399.) eam tangunt tamquam in tranſitu. Ille: *Veniſſe etiam Athenas, ubi Phineum & Periphain in aves converſos.* abrupte ſatis. Hic:

Quae te juſtiſſime Phineu,
Teque, ſenex Periphа, pariter videre volantes.

Ex tenore fabulae *Antonini* pro *juſtiſſime Phineu* in *Obſervatt.* ſuis

ea ad omnes actiones hominibus secunda appareret.

suis legit *J. Schraderus*, V. Cl. mihique ex longo tempore amicissimus, *justissima Phini*, eamque emendationem recepit *Piersonus* noster *Verisim.* p. 7. ubi de ave φίνει vel φήνη videndus, quamquam eum in hac voce *Sophocli* restituenda non felicem fuisse ostendit *Toupius* ad *Suid.* T. III. p. 24. ut *Phinis* hujus esset reginae nomen, quod, ut dissentire cuique licet, mihi esset verisimilius, si aliud adderetur epitheton; nam hoc justissimi regis uxori adjudicatum quodammodo obstat, & ex *Antonini* descriptione mallem, si *Phini* retinendum, *sanctissima* vel *castissima*, quemadmodum commodius aliud epitheton requiri ipse vidit Vir Cl. & in altera *Observatt.* parte dabit. In nomine ea de caussa dissentiebam, quod Periphas in avem mutatus nomen suum non retineat, sed ἀετὸς vocetur, ubi *Phinis* in avem conversa *phinis* obtinet, quodque haec in φήνην mutata videatur, quia haec avis ἀετοῦ εἶδος, ut, quod voverat, eo commodius mariti in ἀετὸν conversi consuetudine frueretur, atque adeo aliud gessisset nomen, quamdiu inter homines fuerat: propterea quod, quemadmodum plures Phinei, ita & plures fuerunt Periphantes, sed hunc, quo de *Antoninus*, eumdem credit *Galeus*, de quo *Apollodorus* L. I. c. 1. §. 5. Περίφας μὲν Ἀκταίῳ λαγχάνει. Nunc dubito, quia pro *ubi Phineum* in *Lactantii* Ed. *Parm.* A. 1496. *Hicque Phenen* legi ad *Ovid.* animadvertit Cl. *Burm.* &, quod litteris ad me datis observat Vir amicissimus, Danaum (Aegypti, qui Periphantis pater apud *Apollodorum*, aequalem) Cecrope recentiorem haberi, & nostrum Periphantem *Antonino* dici, ἐν τῇ Ἀττικῇ αὐτόχθονα, πρόσθεν ἢ φανῆναι Κέκροπα.

Αἰτίαν ἐπιφαίνεσθαι.] *Berkelio* vapulat rursus misellus ille ludi magister, *Munckerus*, qui forte discipulos suos docuerit, αἰτίαν genere femin. in usu esse, cum contrarium esset docendum. At cur ipse in priore ed. illud non animadvertit, aut in altera, ubi tam severum agit Censorem, non mutavit? Nam quod extra usum est, cur non emendat, ut facit alibi? aut quid indignatur, quod *Munckerus* ipsum secutus retinuerit? An vero hic ignorasset, *plurima* adjectiva in ιος exeuntia communis esse generis? Novit, non vero *omnia*. Δῖος, δῖα, δῖον; σεβάσμιος, σεβάσμια, σεβάσμιον; πότνιος, ἅγιος, δεξιὸς, γερούσιος, ια, ιον, & infinita alia. Alia nunc generis communis, nunc utriusque: ὁ καὶ ἡ βίαιος & ὁ βίαιος, ἡ βιαία: ὁ καὶ ἡ ἐντάφιος, quod & ὁ ἐντάφιος, ἡ ἐνταφία dictum Analogice ex ἐνταφιάζω deduco: ὁ καὶ

ἡ

ἡ οὐράνιος, sed & fem. οὐρανία apud *Sophoclem* invenio, ubi Jonum & Atticorum more adjectivum fem. substantivo masc. jungit, *Oed. Tyr.* vs. 885. οὐρανίαν δι᾽ αἰθέρα. & apud *Schol. Arist. Plut.* ad vs. 1128. αἰθερία φωνή. Quid obstat, quominus aut ipse hanc terminationem exprimere potuerit *Antoninus*, aut, quem descripsit, *Boeus!* De avibus, quae fausti erant vel infausti ominis, & αἴσιοι, ἐναίσιοι, vel ἐξαίσιοι vocabantur, vid. Ill. *Spanhem.* ad *Callim. H.* in *Pallad.* vs. 123. Hae distinguebantur: *Oscines*, quae cantu, *Alites*, quae volatu *augurium dabant. Festus* V. *Oscines aves Appius Claudius esse ait, quae ore canentes faciant auspicium, ut corvus, cornix, noctua.* aut quae alis aut volatu, *ut buteo, sanqualis, aquila, imisulus*, (alibi *immissulus*, & in Cod. *Vossian.* tert. *milvus*) *vulturius*, Picus Martius, *Feroniusque, & parra, & in Oscinibus, & in alitibus habentur.* Hunc eo adduxi locum, ut integritati restituam. De triplici avium genere sermo est, Oscinum, alitum, & ex utrisque mixtarum, *Oscines*, quae ore, ut *corv. corn. noct. Alites*, quae volatu, ut *but. sanq.* cet. jam vero quae & inter *oscines* & *alites* ponuntur, ut *Picus Mart. Feron. &*

ζ΄. ΑΝΘΟΣ.

Ἱστορεῖ Βοῖος ὀρνιθογονίας α΄.

Αὐτονόου τοῦ Μελανέως καὶ Ἱπποδαμείας ἐγένοντο υἱοὶ μὲν Ἐρωδιὸς καὶ Ἄνθος, Σχοινεὺς, Ἄκανθος: θυγάτηρ δὲ Ἀκανθὶς, ᾗ κάλλιστον εἶδος ἔδωκαν οἱ θεοί· τῷ δὲ Αὐτονόῳ τούτῳ ἐγένοντο ἵππων ἀγέλαι πλεῖσται, καὶ ἔνεμον αὐτὰς Ἱπποδάμεια τούτου γυνὴ,

Ἵππων ἀγέλαι] *Equorum* hic rectius, quam in seqq. ubi interpres semper *equas*. Non solum enim Jones, ut *Berkelio*, aut Dores, ut *Salmasio* visum est, ad *Solin.* c. 45. bestiarum mares genere feminino efferre solent. *Schol. Eurip.* Phoen. vs. 3. Ἔθος δὲ τοῖς ποιηταῖς θηλυκῶς λέγειν τὰς ἵππους. Infra C. XXI.

parra. Legendum itaque: *Oscines aves.... quae ore canentes.... noctua.* aut alites, *quae volatu*, ut.... *vulturius*, *Picus autem Marcius* cet. Emendationi favent variae lectt. Distinctionem confirmant seqq. *Oscinum tripudium est*, *quod oris cantu significat quid portendi*, *cum* cecinit *corvus*, *cornix*, *noctua*, *picus & parra.* Ubi *picus* & *parra* quoque oscinibus accensentur. Quo etiam loco, etsi *cantus* & *canere* de quovis avium sono dici constat, nescio quomodo, magis arridet ejusdem *Vossian.* Cod. lectio *crocit*, vel ut numerus syllabarum constet, *crociat*: propterea quod voculam *cum* jungere solcat subjunctivo. Mox V. *Oscum*, sub finem: *Cum apud antiquos omnes fere obscena dicta sint*, *quae mali ominis habeantur. Ut illa Virgilii testimonio sint*,... *cum aït Harpyas*, *obscenas volucres: &*, *obscenamque famem.* Ubi *J. Douza* pater legit: *cum apud antiquos* aves *fere obscenae dictae sint*, cet. Sed, quia Virgilii, ad quem provocat Festus, duplex est auctoritas, *Harpyiarum* & *famis*, atque adeo non ad aves solum refertur, sed quidquid est maliominis, altera ejusdem Nobiliss. Viri conjectura tutior videtur: *cum apud antiquos* omnia *fere obscena dicta sint.* cet.

VII. ANTHUS.

Narrat Boeus libro I. *de Avium ortu.*

Autonous Melanei F. ex Hippodamia filios nactus est, Erodium, Anthum, Schoeneum, Acanthum: & filiam Acanthidem, quam forma pulcherrimam dii fecerunt. Habuit is Autonous equorum armenta plurima, eaque pascebantur ab Hippodamia

XXI. ἡ ἄρκτος *ursus*, qui cum Hipponi filia rem habuit. Vid. ibi *Munck.* & ad *Hygin.* c. 30. *Periz.* ad *Sanct. Min.* L. I. c. 7. Eund. & *Kuhn.* ad *Aelian.* V. H. L. XIII. c. 35. Comment. ad *Ovid. Metam.* L. III. vs. 140. *Observ. Miscell.* T. I. p. 115.

γυνὴ, ϗ οἱ παῖδες αὐτῶν. ἐπεὶ δὲ Αὐτονόῳ γῆν ἔχοντι πλείστην, οὐδεὶς καρπὸς ἐφαίνετο, κατ' ὀλιγωρίαν ἔργων, ἀλλ' ἔφερεν αὐτῷ σχοίνους ὁ χῶρος ϗ ἀκάνθας, ἀπ' αὐτῶν ὠνόμασε τοὺς παῖδας, Ἄκανθον ϗ Σχοινέα, ϗ Ἀκανθίδα. ϗ τὸν πρεσβύτατον Ἐρωδιόν, ἐπεὶ αὐτὸν ἠρώησεν ὁ χῶρος· οὗτος ὁ Ἐρωδιὸς πλεῖστον ἐφίλησε τὰς ἀγέλας τῶν ἵππων, ϗ ἔτρεφεν αὐτὰς ἐν τῷ λειμῶνι· ἐπεὶ δὲ Ἄνθος ὁ Αὐτονόου παῖς ἐξήλασε τὰς ἵππους ἐκ τοῦ λειμῶνος, αὗται ἐργόμεναι τροφῆς, ἐξεθύμωσαν, ϗ τὸν Ἄνθον ἐπιστᾶσαι κατεβίβρωσκον πλεῖστα ἐπιβοώμενον ἀμῦναι τοὺς θεούς· ὁ μὲν οὖν πατὴρ ὑπὸ ἄχους ἐκπλαγεὶς, ὤκνησεν ἀπελάσαι τὰς ἵππους, ϗ ὁ θεράπων τοῦ παιδός. ἡ δὲ μήτηρ διεμάχετο πρὸς τὰς ἵππους, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ σώματος ἀσθένειαν οὐδὲν ἐδυνήθη πρὸς τὸν ὄλεθρον ἐπαμῦναι· Κἀκεῖνοι μὲν οὔπω τεθνεῶτα τὸν Ἄνθον ἔκλαιον· Ζεὺς δὲ ϗ Ἀπόλλων οἰκτείραντες πάντας αὐτοὺς ἐποίησαν ὄρνιθας· Αὐτόνοον μὲν τὸν ὀκνὸν, ὅτι αὐτοῦ ὁ πατὴρ ὤκνησεν ἀπελάσαι τὰς ἵππους· τὴν δὲ μητέρα κο-

Ὁ μὲν οὖν πατήρ] Hic minime contemnenda est, quam mecum communicavit *Valckenarius*, *Is. Toussainctii* conjectura: ὁ μὲν Ἄνθου πατήρ.

Αὐτόνοον μὲν εἰς τὸν ὀκνόν] Nemini interpretum visum miror, aut deesse aliquid, aut παρέλκειν, cum tamen nihil certius, vel legendum esse, Αὐτόνοον μὲν εἰς τὸν ὄκνον ἤλλαξαν, vel εἰς delendum, ἐποίησαν, quod praecedit, Αὐτόνοον ὄκνον. Sequens ὅτι αὐτοῦ corruptum censet etiam *Valckenarius*, & cum *Kuhnio* ad *Pausan*. L. X. p. 868. legit, ὅτι Ἄνθου ὁ πατήρ.

Τὸν ὀκνόν] Ὀκνὸς ex ardeis una

damia uxore & filiis ejus. Caeterum Autonoo plurimum agri possidenti nullus cum fructus perciperetur, ob culturae neglectum, sed juncos ei solum, spinasque ferret: inde nomina filiis Acantho & Schoeneo, filiaeque Acanthidi imposuit: maximumque natu Erodium appellavit, quod ipsum destituisset terra. Is Erodius armentorum equorum studiosissimus, ea pastum in pratum compulerat, unde cum ea Anthus expulisset, equae a pabulo exclusae in furorem versae sunt: nactaeque Anthum devorarunt, multa deos opem flagitantem. Et pater quidem Autonous prae dolore attonitus, equas abigere cunctatus est, itemque adolescentis famulus. mater vero cum equabus depugnans ob corporis imbecillitatem pestem filio depellere non potuit. Cum autem hoc modo extinctum Anthum deflerent, Jupiter & Apollo misericordia ducti, universos in aves mutaverunt: Autonoum in ocnum, quod pater ad ferendum filio auxilium segnis fuisset: matrem in corydum, quod

una est, qui dictus alias ἀστερίας. *Aristot. Hist. Anim.* Lib. IX. cap. 18. ὁ δὲ ἀστερίας, ὁ ἐπικαλούμενος ὄκνος, μυθολογεῖται μὲν γενέσθαι ἐκ δούλων τὸ ἀρχαῖον. ἔστι δὲ κατὰ τὴν ἐπωνυμίαν τούτων ἀργότατος. MUNCK.

Ὤκνησεν ἀπελάσαι] Hactenus editum fuit ἀπελάσε. Id quod peccatum existimo typographorum. Ἀπελάσαι legisse quoque *Xylandrum* satis, opinor, ejus versio evincit: *Quod pater ad ferendum filio auxilium segnis fuisset.* Variavit phrasin, ne idem, quod modo, diceret: *equas abigere cunctatus est.* Qui enim vir ille Graece non perfunctorie doctus, nec naris sane obe-

κορυδὸν, ὅτι ἐκορύσσετο πρὸς τὰς ἵππους, μαχομένη περὶ τοῦ παιδός· αὐτὸν δὲ τὸν Ἄνθον, καὶ τὸν Ἐρωδιὸν, καὶ Σχοινέα, καὶ Ἄκανθον καὶ Ἀκανθυλλίδα γενομένους ὄρνιθας, τῷ αὐτῷ ἐποίησαν ὀνόματι καλεῖσθαι, καθὰ καὶ πρὶν ἢ μεταβαλεῖν αὐτοὺς ὠνομάζοντο· τὸν δὲ θεράποντα τὸν ὀπηδὸν τοῦ Ἄνθου κατὰ ταὐτὰ τῷ ἀδελφῷ τοῦ παιδὸς ἐποίησαν ἐρωδιὸν, ἀλλ' οὐχ ὅμοιον· ἧσσων γάρ ἐστιν ἱκανῶς τοῦ πελλοῦ· καὶ οὐ γίνεται σύνεδρος οὗτος ὁ Ἐρωδιὸς Ἄνθῳ, καθάπερ οὐδ' ὁ Ἄνθος τῷ ἱφίππῳ, ὅτι μέγιστα κακὰ ἔπαθεν ὁ Ἄνθος

obesae, adeo manifestarium odorari non potuisset mendum? Ita, ut edendum curavi, legendum esse monitum quoque in editione Leidensi. MUNCK.

Κορυδὸν] *Aristoteli* est κόρυδος, κόρυδοι, κόρυδες, κορύδωνες, κορυδαλοὶ, κορυδαλίδες, *alaudae*. *Galeritas*, *galericos* & *cassitas* alias appellant Latini, ab apice in capite galero vel cassidi non dissimili. MUNCK.

Ἄνθον] *Aristot.* L. IX. c. 1. *Florum* vertit *Gaza*. MUNCK. De *Anthis*, qui plures fuere, & unde dicti, conf. *Staver.* ad *Fulgent.* L. II. 12.

Ἐρωδιὸν] Multus est in hujus nominis derivatione Auctor *Etymol. M.* Vid. & *Suid.* in V. Sed vide quae infra ad Cap. XIV. V. Αἴθυια, observamus. In animalium nominibus vertendis quam sese inpediant Grammatici, docet *Salmas.* ad *Solin.* p. 64. & *Hemsterh.* ad *Aristoph. Plut.* p. 313.

Σχοινέα] Σχοινίων, ni fallor, est *Aristoteli* Lib. IX. c. 1. *Junco Gazae*. MUNCK.

Ἀκανθυλλίδα] Ejus meminit *Aristot.* Lib. VIII. cap. 3. *Spinus* modo, modo *ligurinus* redditur a *Gaza*. Nota filiam, quam ἀκανθίδα superius dixit, heic appellari ἀκανθυλλιδα. Suspicari possis alterutrum esse vitiosum, quamvis licet eadem sit avis ἀκανθις & ἀκανθυλλίς. Ἀκανθιλίδα appellat *Theocriti Scholiastes* ad Eid. VIII. vs. 141. *Virgil.* Georg. III. vs. 338.

Littoraque Alcyonem resonant,
& acanthida dumi.

Ad quem versum consule *Servii* com-

quod ſe adverſus equas armaſſet, pro filio propugnans: ipſum autem Anthum, Erodium, Schoeneum, Acanthum, & Acanthyllida in aves priſtinis ſuis nominibus inſignes: famulum Anthi comitem itidem in erodium, ſed pello longe minorem. atque hic erodius nuſpiam Antho adſidet, neque Anthus ephippo, quod ab equis peſſi-

comment. MUNCK. Ἀκανθίδα, ut ſupra, & Ἀκανθυλλίδα, diverſas facit *Voſſ.* in *Etymol.* ex mente *Brodaei*, L. VII. Miſc. c. 1. Mihi vero hoc illius Diminutivum videtur, pari modo ac C. XI. infra Χελιδὼν & Χελιδονὶς, unde forſan *Schol. Theocr.* *Munckero* cit. Ἀκανθιλίδα dixit.

Κατὰ καὶ πρὶν ἤ] Vitium hoc typotheticum, quod ſibi contraxere edd. poſteriores, expunximus, & *Xylandrianam* lectionem revocavimus. Sic καθέσον, καθάπαξ, & alia, de quibus vid. *Duker.* Praef. ad *Thucyd.*

Κατὰ τ'αυτά] Et heic operae negligentes fuerant. Ταῦτα exhibebat utraque editio. Ego τἀυτα repoſui, hoc eſt, τὰ αὐτά. Noſter cap. 12. εἰς την αὐτην ἐκείνῳ λίμνην. *Schol. Pind.* ad *Nem.* od. 3. καθὸ ὁ αὐτὸς δοκεῖ εἶναι τῷ ἡλίῳ. *Sophocl.* 17. Flag. vſ. 698.

Ὑμεῖς θ' ἑταῖροι τ'αυτὰ τῇ δέ μοι τάδε
Τιμᾶτε. MUNCK.

Τοῦ πελλοῦ] *Pellus* Erodii genus eſt. XYLAND· *Ariſtoteli* Lib. IX. cap. 1. πέλλος eſt, non πελλός. *Pella Gazae.* Eſt autem & haec ardeola. MUNCK.

Σύνεδρος] De hac voce videndus eſt *D'Arn.* de Diis Παρέδροις c. 9. p. 46. ubi hunc locum ita vertit: *Et non verſatur cum antho erodius, ita neque anthus cum ephippo, quia maxima ab equis perpeſſus eſt mala Anthus: & adhucdum ubi equum hinnientem inaudiverit, fugit ejus vocem ſimul imitans.*

Τῷ ἐφίππῳ] De *Ephippo* dubito;

Ἄνθος ἀπὸ τ ἵππων· κ ἔπι νῦν ὅταν ἀκέση φωνῦντος ἵππου, φθέγγεται μιμέμενος ἅμα τὴν φωνήν.

bito: & fortaſſis eſt legendum ἵππῳ *equo*. XYLAND. Omnino legendum ἵππῳ. Vid. *Plin.* L. X. c. 42. & *Ariſtot.* H. Anim. L. IX c. 1. Ἄνθος δὲ ἵππῳ πολέμιος. ἐξελαύνει γὰρ τ ἵππον ἐκ τ νομῆς. πόαν γὰρ ἐπινέμεται ὁ Ἄνθος. MUNCK. Et, quae huc maxime faciunt, addit: Μιμεῖται δὲ τῦ ἵππυ τὴν φωνὴν, κ φοβεῖ ἐπιπετόμενος cet. *Aelian.* de Nat. Animal. V. c. 48. Μισεῖ δὲ ἀλώπηξ κίρκον, κ ταῦρος κόρακα, κ ὁ ἄνθος τ ἵππον. Hunc locum ob oculos habuiſſe Philen, ipſa loquuntur verba: p. 118. vſ. 55.

> Πάλιν ἀλώπηξ δυσμενῆ κίρκον κρίνοι,

ή. ΛΑΜΙΑ ἡ ΣΥΒΑΡΙΣ.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος ἑτεροιεμένων δ'.

Παρὰ τὰ σφυρὰ τ Παρνασσῦ πρὸς νότον, ὄρος ἐστιν, ὃ καλεῖται Κιρφὶς, παρὰ τ Κρίσαν, κ

Κιρφὶς] *Straboni* pag. 474. edit. *Xyl.* & *Schol. Pind.* eſt Κίρφις. MUNCK.

Τὴν Κρίσαν] Κρίσσα eſt *Straboni*, & *Schol. Pindari* Κρίσα cum noſtro *Soph.* Electr. v. 180. unde Κρισαῖος in *Scholiis*: ſed in Poëta ipſo vſ. 732. Κρισσαίας. Nihilo hinc certiores nec ego nec tu ſumus, mi lector. Quae Τρίκκη eſt *Straboni*, & *Trica Hygino* ac *Dareti*, Τρίκκη *Stephano* & *Homero* eſt. Et fruſtra alterum ego ex altero corrigendum putavi ad *Hyg.* pag 67. Nusquam pronius labuntur librarii quam in nominibus propriis, ſive hominum illa, ſive locorum ſint. Inſigne. ſupinitatis ſuae ſpecimen dederunt in *Hyg. Myth.* cap. 24. *Cum jam longe a Colchis eſſent*, *navem in occulto juſſit collocari.* Emendat vir Cl. *Cum jam non longe a Colchis eſſent.* & id ſequen-

peſſime fuiſſet tractatus. atque etiamnum anthus equi vocem audiens fugit, ſimul eam imitans.

Κόρακα ταῦρος, ἵππον ἰχθὺς ἀνθίας.

ubi refutatione vix digna, quae *Pauwius* ſumma etiam cum fiducia repoſuit, ἔχθει ἀνθίας, quod quidem vocabulum avi magis proprium quam piſci etiam *Aeliano* reſtituendum duxit. Error penes *Philen* eſt, qui locis male intellectis de piſce acceperit, quod de ave factum oportuit. Iterum *Aelian.* L. VI. c. 19. Καὶ ὁ μὲν ἄνθος ὑποκρίνεται χρεμέτισμα ἵππου. Neque umquam ἀνθίας de ave dici aliis *Ariſtotelis* & *Plinii* locis confirmari poteſt. Sed pluribus hoc jam egit Vir Cl. in *Obſerv. Miſcell.* T. VI. p. 460.

VIII. LAMIA, *ſive* SYBARIS.

Refert Nicander Libro IV. Alteratorum.

In imo Parnaſſi verſus meridiem mons eſt Cirphis, pone Criſſam, inque eo etiamnum antrum

quentia velle ait. Ego ut iſtud videre necdum poſſum, ita certum mihi verba illa cap. 21. *Cum jam non longe eſſent a Colchis*, anſam praebuiſſe huic loco corrumpendo. Circumſtantiae fabulae, & ſequentia exigunt: *Cum jam non longe ab Jolco eſſent.* *Ovid.* VII. *Met.* vſ. 333.

Victor Jolciacos tetigit cum conjuge portus.

Reſtituendum eſſe id vocabulum etiam *Propert.* L. II. *El.* 1. docuit me Nob. *Nic. Heinſius.* Edunt vulgo:

Colchis Colchiacis urat aëna focis.

Lege *Jolciacis.* Confer *Zenob. Cent.* IV. 92. Lectorum judicio nimis videar diffidere, ſi de re tam aperta plura faciam verba. Etiam in *Juſtino* non parum

καὶ ἐν αὐτῷ ἐστὶν ἔτι νῦν σπήλαιον ὑπερμέγεθες, ἐν ᾧ θηρίον ᾤκει μέγα καὶ ὑπερφυὲς, καὶ αὐτὸ Λαμίαν, οἱ δὲ Σύβαριν ὠνόμαζον· τοῦτο καθ' ἡμέραν ἑκάστην τὸ θηρίον ἐπιφοιτῶν ἀνήρπασεν ἐκ τῶν ἀγρῶν τὰ θρέμματα καὶ τοὺς ἀνθρώπους· ἤδη δὲ τῶν Δελφῶν βουλευομένων ὑπὲρ ἀναστάσεως καὶ χρηστηριαζομένων εἰς ἥντινα παρέσονται χώραν· ὁ θεὸς ἀπόλυσιν ἐσήμανε τῆς συμφορᾶς, εἰ μένοντες ἐθέλοιεν ἐκθεῖναι παρὰ τῷ σπηλαίῳ ἕνα κοῦρον τῶν πολιτῶν· κἀκεῖνοι καθάπερ ὁ θεὸς εἶπεν ἐποίουν. Κληρουμένων δ', ἔλαχεν Ἀλκυονεὺς ὁ Διόμου καὶ Μεγανείρης παῖς, μονογενὴς ὢν τῷ πατρὶ, καὶ καλὸς καὶ κατὰ τὴν ὄψιν, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος· καὶ οἱ μὲν ἱερεῖς τὸν Ἀλκυονέα στέψαντες, ἀπήγαγον εἰς τὸ τῆς Συβάριδος σπήλαιον· Εὐρύβατος δὲ κατὰ δαί-

rum dormitarunt. Lib. II. c. 4. *Menalippen* Reginae Amazonum sororem faciunt, cum fuerit *Melanippe*, ut nos docet nescio quis Poeta *Pindari Scholiastae* laudatus ad *Nem.* od. III. pag. 274. edit. *Francofurtensis.* MUNCK.

Κρίσαν] *Stephanus* etiam in V. scribit Κρίσα. Forsan ut Λάρισσος *Pausan. Eliac.* 2. c. 26. & alibi scribitur Λάρισος. Sed e *Schol. Eurip.* & *Hom.* Κρίσσαν scribendum, quia conditam a *Crisso Phoci filio* &c. monet *Staver.* ad *Hygin.* cap. 141. Hoc confirmatur *Schol. Lycophr.* vs. 1070. Κρίσσα πόλις Φωκίδος, κτισθεῖσα παρὰ Κρίσσου, τοῦ Πανοπέως ἀδελφοῦ. Conf. *Palmer.* in *Ant. Graec.* L. VI. 3. & 4. ubi vide an Κίρρα urbs eadem, quod quoque negat *Berkel.* & alii, ad *Steph.*

Μέγα καὶ ὑπερφυές] *Aristoph.* Plut. vs. 733. δύο δράκοντ' ἐκ τοῦ νεὼ, ὑπερφυεῖς τὸ μέγεθος. Ὑπερφυὴς enim, qui aliqua re inter ceteros eminet, eximius, unde illud *Cononi* C. VII. restituendum judico: Φιλάμμων ὑπερφυὴς τὸ κάλλος ἐγένετο. legitur ὑποφυής.

Εἰς ἥντινα παρέσονται χώραν] Παρεῖναι etiam motum ad locum significare, ostendit *Stephan.* V. &

trum praegrande, in quo fera degebat olim ingens & monftrofae magnitudinis adeo, quam alii Lamiam, alii Sybarim nominabant. Ea fera fingulis diebus in agros graffabatur, pecus hominesque rapiens. Jamque Delphi de mutandis fedibus cogitabant, & oraculum confulebant de loco, in quem migrarent. Tum Deus, malo eos ifto liberatum iri pronunciavit, fi manentes vellent ad antrum exponere puerum unum de civium filiis. ipfi mandata peragebant. Sorte ad hoc ductus eft Alcyoneus, Diomi & Meganirae F. quem unum pater genuerat, & vultu & indole praeditus eleganti. eum coronis redimitum, facerdotes ad Sybaridis fpeluncam abduxerunt. At vero genii cujusdam impulfu Eurybatus Euphe-

& *Valcken.* ad *Herod.* Lib. I. p. 10.

Μεγανείρης] Sic & Alii, vid. ad *Ovid. Metam.* V. vf. 448. & quae diximus ad C. XXIII. ubi Celei uxor Metanira, etiam ab aliis male vocatur Meganira, quod ad *Apollod.* L. I. c. III. invitis tribus exemplaribus, probat *Aegius.* An & hic Μετάνειρα fit fcribendum, non habeo dicere. Eft enim diverfa a Celei uxore, & in alio *Apollodori* loco L. III. cap. IX. fine ulla codd. varietate, occurrit Μεγάνειρα τȣ̃ Κρόκονος. Miror tamen *Berkelium* & *Munckerum* de dialecto Antoniniana faepe tam acriter contendentes, non obfervaffe, Μεγανείρης vel Μετανείρης hic effe, quod *Apollodoro* diferte Μεγανείρας. Sic C. XXXII. Πολυδώρης. C. XXX. ἔγημον Εἰδοθέην. De his ad calcem operis.

Ἀλκυονέα ςέψαντες] Hoc de corona, quam capiti impofuerant pueri, intelligendum, oftendunt feqq. τὰ ςέμματα, καὶ αὐτὸς ἐπὶ την κεφαλὴν ἐπιθέμενος. cet. *Berkelius*, ubi Veteribus neci devota capita, & etiam vitae difcrimina adeuntes coronari fuiffe folitos oftendere conatur, duo *Herodoti* loca, quibus haec confirmet, adducit, Lib. I. cap. 109. ubi de Cyro, qui interimendus tradebatur,

δαίμονα ἐκ τῆς Κουρήτιδος ἀπιὼν ὁ Εὐφήμου παῖς, γένος μὲν ἔχων Ἀξίου τοῦ ποταμοῦ, νέος δ' ὢν καὶ γενναῖος, ἐνέτυχεν ἀγομένῳ τῷ παιδὶ, πληγεὶς ἔρωτι, καὶ πυθόμενος καθ' ἥντινα πρόφασιν ἔρχοιτο, δεινὸν ἐποιήσατο μὴ οὐκ ἀμῦναι πρὸς δύναμιν, ἀλλὰ περιϊδεῖν οἰκτρῶς ἀναιρεθέντα τὸν παῖδα· περισπάσας οὖν ἀπὸ τοῦ Ἀλκυονέως τὰ στέμματα, καὶ αὐτὸς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἐπιθέμενος, ἐκέλευεν ἀπάγειν ἑαυτὸν ἀντὶ τοῦ παιδός. ἐπεὶ δὲ αὐτὸν οἱ ἱερεῖς ἀπήγαγον, εἰσδραμὼν καὶ τὴν Σύβαριν ἐκ τῆς κοίτης συναρπάσας, παρήνεγκεν εἰς ἐμφανὲς, καὶ κατὰ τῶν πετρῶν ἔρριψεν· ἡ δὲ καταφερομένη προσέκρουσε τὴν κεφαλὴν παρὰ τὰ σφυρὰ τῆς Κρίσης· καὶ αὐτὴ μὲν ἐκ τοῦ τραύματος ἀφανὴς ἐγένετο· ἐκ δὲ τῆς πέτρας ἐκείνης ἀνεφάνη πηγὴ, καὶ αὐτὴν οἱ ἐπιχώριοι καλοῦσι Σύβαριν· ἐκ δὲ ταύτης καὶ Λοκροὶ πόλιν ἐν Ἰταλίᾳ Σύβαριν ἔκτισαν.

tur, παρεδόθη, ait, τὸ παιδίον κεκοσμημένον τινὶ vel τὴν', ita legit, ἐπὶ θανάτῳ. & Lib. VII. cap. 209. Ἐπεὰν (Lacedaemonii) μέλλωσι κινδυνεύειν τῇ ψυχῇ, τότε τὰς κεφαλὰς κοσμεόνται (*Valcken.* mavult, σμεόνται.) At neminem fore, credo, qui ex alterutro loco capitis coronandi usum eliciat. Aliunde id satis probari poterat. *Aristoph. Nubib.* vs. 254.

——— Τουτονὶ τοίνυν λαβὲ
Τὸν στέφανον. Ἐπὶ τί στέφανον; οἴμοι Σώκρατες.
Ὥσπερ με τὸν Ἀθάμανθ' ὅπως μὴ θύσετε.

Ubi vid. *Schol.* quem descripsit *Suid.* V. Ἀθάμας. Alcyoneus hic tamquam victima iratum numen placatura, considerandus. Et sic Iphigenia pro victima ad sacrificium ducta *Euripid. Iphigen.* in *Aul.* 280. 1477. 1566. coronatur. Qui plura vult, adeat *Paschal.* Lib. IV. c. 16.

Γένος μὲν ἔχων Ἀξίου τοῦ ποταμοῦ] Assentirer emendanti: γένος μὲν ἔχων ἀπὸ Ἀξίου &c. nisi & alibi in hac fabularum congerie praepositiones omitti viderem. Cap. 4. ᾤκει γῆς. Cap. 23. λέγεται παρεσδιδόντων. *Sophocl.* Electr. v. 262. πλὴν ὅταν κλύῃ τινός.

Euphemi F. ab Axio fluvio genus trahens, generofo animo juvenis, a Curetide proficifcens, in Alcyoneum, cum is ad antrum duceretur, incidit: & amore ejus correptus, fcitatus caufam viae, indignum facinus fe facturum putavit, fi puerum ita mifere interfici fineret, neque ei pro viribus fuis opitularetur. Itaque Alcioneo detractas coronas, fuo impofuit capiti, feque ejus loco duci juffit. Adductusque ad antrum a facerdotibus, irrupit, Sybarinque e lecto vi abreptam in lucem protulit, ac de faxis praecipitem egit. Ea capite ad imos Criffae proceffus allifo, eo e vulnere deceffit. Caeterum ifto e faxo fons erupit: qui ab incolis Sybaris dicitur. Inde etiam Locri urbem Sybarim condiderunt in Italia.

τινός. Valde tamen probabilem reddit illam conjecturam illud *Scholiaft. Pind.* ad *Olymp.* Od. 2. ἐπεὶ ὁ Θήρων ἀπὸ Κάδμου εἶχε τὸ γένος. Et ad *Nem.* Od. 3. ἀπὸ σοῦ τηλαυγὲς ἔχουσι τὸ γένος οἱ Αἰακίδαι. MUNCK.

Αὐτὸς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν] Αὐτὸς pro ἑαυτῷ pofitum. Vid. *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. L. XII. cap. 1. pag. 718.

Ἐκ τῆς κοίτης] Interpres, *e lecto.* Ergo lectos habent ferae? Verterim, *e luftro.* Κοίτας enim & luftra ferarum appellant Graeci. Imitatur illos *Virgil.*

Aut oculis capti fodere cubilia talpae. MUNCK.

Παρὰ τὰ σφυρὰ τῆς Κρίσης] Κίρφεως emendat *Berkelius*, quia τὰ σφυρὰ de montis, non de urbium, radicibus, dicuntur. Forfan & Criffa in monte fita fuit.

Σύβαριν ἔκτισαν] Non fero heic correctores. Idem heic dicit, quod cap. 13. Καὶ πόλιν ἔκτισεν ἐν τῇ Φθίᾳ προσαγορεύσας Μελίτην. Geminum prorfus & germanum illud Scholiaftae *Callim.* ad *Hym. Dian.* v. 190. Britomartis nomen proprium Nymphae, ἀφ' ἧς καὶ ἡ Ἄρτεμις ἐν Κρή-

τῇ Βριτόμαρτις τιμᾶται. Sequi debuisset, καλεῖται. Pro ἔκτισαν *Berkelius* mavult ἐκάλησαν, *tota*, inquit, *antiquorum turba non habet exemplum, quo probes*, τὸ κτίζειν *hoc in loco satis sanum & integrum esse.* Ne quis dicat nimis hoc φορτικὸν esse, credere omnes debent illum legisse Graecos Veteres omnes. Sed falsum hoc esse convincam ilico. *Hesychius* in Βουκέφαλος: Ἀπὸ

θ'. ΗΜΑΘΙΔΕΣ.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος ἑτεροιουμένων δ'.

Ζεὺς Μνημοσύνῃ μιγεὶς ἐν Πιερίᾳ Μούσας ἐγέννησεν. ὑπὸ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον ἐβασίλευσε Πίερος αὐτόχθων Ἠμαθίας. Καὶ αὐτῷ θυγατέρες ἐγένοντο ἐννέα, καὶ χορὸν ἐναντίον ἔστησαν αὗται Μούσαις, καὶ ἀγὼν ἐγένετο μουσικῆς ἐν τῷ Ἑλικῶνι· ὅτε μὲν οὖν αἱ

Ζεὺς Μνημοσύνῃ μιγεὶς ἐν Πιερίᾳ Μούσας ἐγέννησεν] *Antonino* adsentitur, quidquid fere Veterum est. Vid. *Hesiod.* init. Θεογον. *Apollod.* Lib. I. cap. III. *Phurnutus* cap. 14. Duas Musarum γενέσεις prodiderunt alii, ut *Schol. Apoll. Rhod.* Lib. III. vs. 3. Vid. Comment. quos ad *Hygin.* pag. 13. laudant *Munckerus* & *Staverenius. Cicero* tamen Lib. III. de *Nat. Deor.* cap. 21. trium meminit generationum: *Musae primae quatuor, natae Jove altero. . . . Secundae, Jove tertio & Mnemosyne procreatae, novem: Tertiae* cet. Alii aliter. Vid. hic *Davisium*, & *Plutarch.* VIII. *Sympos.* 14. Constat itaque Musas illas, quae numero novem fuisse perhibentur, *Jovis* & *Mnemosynes* filias fuisse. Inscriptio vetus apud *Hessel.* in Praefationis Appendice ad *Gudianas Inscript.* N. XXIV. Αὕτη Μνημοσύνη Διὸς εὐνέτις, ἣ τέκε Μούσας. *Diod. Sicul.* Lib. IV. pag. 215. Sed de Musarum γενέσει nemo prolixius, quam *J. Tzetz.* ad *Hesiod.* pag. 6. Conf. *Heins.*

Ἀφ' ὃ πόλιν ἐν Ἰνδοῖς κτίσαι λέγεται Βουκεφάλειαν. In ea phrasi subaudiendum esse ὀνομαζομένην, vel simile quid, palam est ex *Appiani* verbis: Πόλεις δὲ ᾤκισεν ἑκκαίδεκα μὲν Ἀντιοχείας, ἐπὶ τῷ πατρὶ cet. Ad eumdem plane modum Latine *Festus* in ROMA: *A qua, ut Italia sit potitus, urbem condiderit.* &c. Plura vid. in notis ad *Hygin.* cap. 6. MUNCK.

IX. EMATHIDES.

Refert Nicander Libro IV. *Alteratorum.*

Jupiter in Pieria congressus cum Mnemosyna, Musas genuit. Regnabat eo tempore in Emathia Pierus indigena, eique novem erant filiae, quae chorum suum Musis opposuerunt: certamenque Musicum est in Helicone commissum. Quando

Heins. ad *Ovid.* Lib. V. *Metam.* vs. 268. unde liquet verum esse, quod *Munck.* & *Staver.* ad *Hyg.* pag. 3. & 4. demonstrarunt, *Monetam* Hygino esse *Mnemosynen*, *Ex Jove & Moneta, Musae. Cicero* quidem Lib. I. de *Divin.* cap. 45. *Scalig.* ad *Fest.* V. *Corniscarum.* alii alibi per *Monetam* intelligunt *Junonem*, quae nonnumquam etiam hoc nomine occurrit, sed *Cicero* derivat a *monendo*, quod ad *Mnemosynen* facile transferri potest. Nisi illud *Hygini Moneta* p. 3. & 13. e compendio sit ortum, nempe *Mneme*, idem quod *Mnemosyne*, unde *Mnemonides* Musae, & Graecis vocabulis passim uti *Hyginum*, constat. Vitiosam *Munckeri* lectionem e *Livio Andronico*, emendatiorem ad *Festum* exhibet *Scaliger*: *Nam Diva Monetas filia docuit*, h. e. Musa. Miror tamen, unde *Hygini* locum tacite repraesentarit: *Ex Jove & Moneta, Maja.*

καὶ θυγατέρες ᾄδοιεν τοῦ Πιέρος, ἐπήχλυεν πάντα, καὶ οὐδὲν ὑπήκουεν πρὸς τὴν χορείαν. Ὑπὸ δὲ Μουσῶν ἵστατο μὲν οὐρανὸς, καὶ ἄστρα, καὶ θάλασσα, καὶ ποταμοὶ, ὁ δ' Ἑλικὼν ηὔξετο, κηλούμενος ὑφ' ἡδονῆς, εἰς τὸν οὐρανὸν, ἄχρις αὐτὸν βουλῇ Ποσειδῶνος ἔπαυεν ὁ Πήγασος, τῇ ὁπλῇ τὴν κορυφὴν πατάξας· ἐπεὶ δὲ νεῖκος ἤραντο θνηταὶ θεαῖς, μετέβαλον αὐτὰς αἱ Μοῦσαι, καὶ ἐποίησαν ὄρνιθας ἐννέα· καὶ ἔτι νῦν ὀνομάζονται παρ' ἀνθρώποις, κολυμβὰς, ἴυγξ, κεγχρὶς, κίσ-

Τοῦ Πιέρου] *Galeus*, unde nescio, paullo ante Πιέριος & hic Πιερίου legit, ubi tamen in *Apollodoro* Lib. I. III. §. 3. Πιέρου dederit. Ὁ Πίερος & τοῦ Πιέρου *Berkelius* ac *Munckerus*, quum tamen *Xylander* utroque loco dederat ὁ Πιερος & τοῦ Πίερος. Utrumque in altera Ed. probat *Berkelius*, quandoquidem & ὁ Πίερος, & ὁ Πίηρ, in usu fuere, neque Antonini in propriorum nominum terminationibus variare soliti adversatur consuetudini, quod cap. XI. inprimis liquet. *Pierius* extat apud *Hygin.* cap. 237. Sed *Pierum* reponunt *Schefferus* & *Munckerus*, quos ibi vide. Et sic *Lact. Arg.* ad *Ovid.* V. *Met.* qui vs. 302. Graecam terminationem servat: *Pieros has genuit* cet. Xylandrianam lectionem retinui, quia non facile a vulgata recedo, inprimis, Codd. Mss. ope destitutus. Πίερος etiam est apud *J. Tzetz.* ad *Hesiodum.* d. l.

Νεῖκος ἤραντο] Cap. 31. τὸ νεῖκος ἤραντο πρὸς τὰς ἐπιμηλίδας. Non minus eleganter *Apollod.* Lib. I. ἦλθεν εἰς ἔριν περὶ μουσικῆς Ἀπόλλωνι. MUNCK. Emathidas poenam subiisse potissimum, quod victae convicia in Musas jecissent, & minacia earum verba sprevissent, narrat *Ovid.* V. *Metam.* vs. 664. Sed ei cum *Antonino*, & *Tzetz.* ad *Hesiod.* minus convenit. Vid. *Davis.* ad *Cic.* de *N. D.* Lib. III. c. 21.

Κολυμβάς] *Aristot.* Lib. I. *Hist. Anim.* cap. 1. est κολυμβίς. *Vrinatrix* vertitur a *Gaza.* *Charletonus* Onom. Zoïc. pag. 96. *Colymbum* cum *Hesychio* appellat. *Hesychii* verba adscribam: Κόλυμβοι, αἱ κολυμβάδες, τὰ ὄρνεα, ἢ ζωΰφια ἐν ταῖς κολυμβήθραις. MUNCK.

Ἰύγξ] Scribe, ἴυγξ. Describit illam *Aristot.* Lib. II. cap. 12. *Torquilla* vertitur a *Gaza.* Aliis eadem est, quae σεισοπυγίς

do autem filiae Pieri canebant, omnia caligine obſcurabantur, nihilque ad choream obtemperabat. At Muſarum cantu ſiſtebatur coelum, aſtra, mare, flumina: & Helico voluptate delinitus, ad coelum usque creſcebat: donec eum conſilio Neptuni Pegaſus inhibuit, verticem pede percutiens. Quoniam autem certamen iniverant mortales cum deabus, Muſae eas in aves transformarunt, numero novem: quae etiamnum inter homines nominantur, Colymbas,

γὶς ſive *motacilla*. Et ita vertitur a *Porto*. *Pind. Pyth.* Od. IV. Non probes, ſi inſpicias verba *Schol.* fol. 209. Ed. *Francof.* Nihil ibi de pyga, ſed tantum de collo. Nec apud *Plinium* Lib. XI. cap. 47. *Schol. Theocrit.* ad *Idyll.* 2. λέγουσι δὲ καὶ αὐτὸν τὸν ἔρωτα ἀπὸ τοῦ ἐνόντος ζώου Ἴυγγα, ὥς φησι Πίνδαρος, καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ ζώων μορίων, μεῖζον πίννης αὐτὸ λέγων ἢ κινάδος. ἡ παρὰ Ῥωμαίοις σεισοπυγὶς καλουμένη. Haec non invenio in Tractatu de partibus. Anim. Sed de *Hiſt. Anim.* Lib. II. cap. 12. legas: αὕτη δ' ἐστι μικρῷ μὲν μείζων σπίζης. Non ſane πίννα, ſed σπίζα eſt avis. Deinde pro κινάδος lege κιναίδου. Et alius ad idem Idyllium neſcio quis commentator: Ἴυγξ ἡ λεγομένη σεισοπυγίς. Non nupera ergo haec opinio σεισοπυγίδα & ἴυγγα eandem eſſe avem. Falſa tamen eſt. Paene praeterieram a *Suida* quoque & *Nicephoro* in *Syneſium* de *Inſom.* pag. 360. *Jyngem* cum *motacilla* confundi. Τὴν δὲ Ἴυγγά φασιν ὄρνεον εἶναι ἀεὶ σεῖον τὴν οὐράν. Non melius ſe dant, qui *cinclum* & *motacillam* eamdem faciunt avem. *Cinclus* βουκολίνη eſt, ni fallor. *Heſych.* Βουκολίνη, κίγκλος τὸ ὄρνεον. Lego, κίγκλος. Σεισοπυγίδα autem κίλλυρον appellat. Notavit tamen κίγκλον quibusdam σεισοπυγίδα dici. Viderint illi. Me alii docuerunt cinclum in aquis, motacillam degere in terra. Ex illorum ergo quorundam, qui cinclum motacillam, & jynga confundunt, ſententia alibi ſcripſit *Heſychius*: Κιναίδιον, ὄρνεον ἴυγξ. Κίναιδος enim κίγκλος. Sibi quoque non probatam hanc confuſionem in Nomenclat. ὁ πολυΐστωρ *Hadrianus Junius* ſatis oſtendit. Adi ipſum in Vocibus *Jynx* & *Motacilla*. *Gloſſ. Cyrili.* ἴυγξ, *frutilla*. An legendum *torquilla*? Non vult *Scaliger*, quem ad *Feſtum* haec annotaſſe video:

A Ve-

κίσσα, χλωρεὶς, ἀκαλανθὶς, νῆσσα, πιπὼ, δρακοντίς.

A Venere Fruti dicta est frutilla ἴυγξ, quia Veneri dicata est. MUNCK. Quem & *Staver.* vid. ad *Lactant.* Lib. VII. 1. Locus *Festi* est in V. FRUTINAL. De Jünge vid. quae diserte notavit *Ernest.* ad *Xenoph. Memorab.* pag. 157.

Κεγχρὶς] *Aristotel.* Lib. III. cap. 1. μάλιστα δὲ ἡ κεγχρὶς πολύγονος. *Tinnunculus Gazae.* MUNCK.

Κίσσα] Illa est κίττα, *pica*, in quam omnes Pieri filias

ι. ΜΙΝΥΑΔΕΣ.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος ἑτεροιουμένων δ'. καὶ Κόριννα.

Μινύου τοῦ Ὀρχομενοῦ ἐγένοντο θυγατέρες, Λευκίπ-

Μινύου τοῦ Ὀρχομενοῦ] Plures Orchomenos tum heroäs tum urbes fuisse, ostendit *Staver.* ad *Hygin.* pag. 17. & *Munck.* infra cap. XXVI. De Minya ejusque stirpe agit *Schol. Apoll. Rh.* Lib. I. vs. 230. De ejus filiabus, *Plut.* Quaest. Graec. pag. 299. *Aelian. V. H.* L. III. cap. 42. *Ovid. Met.* IV. *Galeo* laudati. Filiae illae *Minyeides Ovidio*, & *Minyeïa proles* a patre *Minya* recte vocantur, & sic Ὀρχομενὸν Μινύειον *Hesiodo* apud *Pausan. Orchomenum Minyeium* Plinio dici observat *Heins.* ad *Ovid.* & alii alibi. Verum si *Minyas Orchomeni* fuerit filius, ut *Antoninus*, quomodo *Orchomenus Minyeius* dici possit, non video. Credo Viros d. avum & nepotem confundere. *Schol. Apoll. Rh.* d. l. Ὀρχομενὸς δὲ καὶ Ἑρμίππης τῆς Βοιωτοῦ γίνεται Μινύας ἐπίκλησιν. Atque adeo quo de hic agitur. Ille vero *Minyeius Orchomenus* jam sequitur. Ἐκ δὲ Φανοσύρας τῆς Παίονος καὶ Μινύου πάλιν Ὀρχομενός.

Λευκίππη, Ἀρσίππη, Ἀλκαθόη] Hae vocantur *Plutarcho* d. l. Λευκίππη, Ἀρσινόη, Ἀλκαθόη.

bas, Iynx, Cenchris, Ciſſa, Chloris, Acalanthis, Neſſa, Pipo, Dracontis.

lias converſas canit Naſo. MUNCK.

Χλωρίς] Gaza vertit *Luteolam*. Gesnerus a viriditate traxiſſe nomen ait, & vulgo ſatis notam eſſe. *Vireonem* appellari poſſe *Adrianus Junius* putat. MUNCK.

Ἀκαλανθίς] De illa vide *Schol. Ariſtoph.* pag. 74. Edit. *Caldorianae*. MUNCK.

Πιπώ] Vid. Not. ad cap. 14. MUNCK.

X. MINYADES.

Refert Nicander Libro IV. Alteratorum & Corinna.

Minyas Orchomeni F. habuit filias, Leucippam,

καθόη. *Aelian.* d. l. Λευκίππη, Ἀριςίππη, Ἀλκιθόη. (Medium nomen e ſola Librariorum oſcitantia variatum crederem; nam alterum ex altero facile refingi potuit: quod inprimis patet apud *Heſych.* V. Ἀρσιππη, ex iis, quae notarunt Viri D.) Pro *Leucippe* ad *Ovid.* IV. *Met.* vſ. 1. *Leuconoen* reponendum cenſet *Heinſius*, quemadmodum eam vocare videtur ipſe *Ovid.* vſ. 168. cum 196. *Leucotheen* ab hac diverſam inducat. Ego trium ſcriptorum hoc in nomine conſpirantium fide legerem *Leucippe*. Quemadmodum e Graecis Latinos potius, quam contra, emendans, *Ovidii* auctoritate ſola non Ἀλκιθόη, quod contendit Vir Ill. in *Plutarcho*, & *Antonino*, legerem. Obnititur etiam *Perizon.* ad *Aelian.* d. l. quia per ipſos veteres A in I transire, exemplis comprobat. Sic Ἀνδρακὰς pro ἀνδρικὰς ex *Ariſtide*, & ſimilia ex aliis prodidit *G. Canter.* de *Rat. Em. Graec.* pag. 7. Majoris eſt momenti, quod apud *Apollod.* Lib. I. cap. VII. §. 11. & cap. VIII. §. 6. utroque loco inveniam Ἀλκάθοος Viri nomen, quod ipſe agnoſcit *Ovid.* Lib. VIII.

κίππη, Ἀρσίππη, Ἀλκαθόη· καὶ ἀπέβησαν ἐκτόπως Φιλεργοί· πλεῖστα δὲ καὶ τὰς ἄλλας γυναῖκας ἐμέμψαντο, ὅτι ἐκλιποῦσαι τὴν πόλιν, ἐν τοῖς ὄρεσιν ἐβάκχευον· ἄχρι Διόνυσος εἰκασθεὶς κόρῃ παρῄνεσεν αὐταῖς μὴ ἐκλείπειν τελετὰς ἢ μυστήρια τοῦ θεοῦ. αἱ δὲ οὐ προσεῖχον· πρὸς δὴ ταῦτα χαλεπήνας ὁ Διόνυσος, ἀντὶ κόρης ἐγένετο ταῦρος, καὶ λέων, καὶ πάρδαλις, καὶ ἐκ τῶν κελεόντων ἐῤῥύη νέκταρ αὐτῷ καὶ γάλα· πρὸς δὲ τὰ σημεῖα τὰς κόρας ἔλαβε δεῖμα. καὶ μετ' οὐ πολὺ κλήρους εἰς ἄγγος αἱ τρεῖς ἐμ-

VIII. *Metam.* vs. 8. *Art. Am.* Lib. II. vs. 421. & *Poët. Ciri*, vs. 105. ibi *Burmanno* cit. unde feminarum nomina plerumque ultima tantum terminatione differunt. Supra cap. VII. Ἄκανθος, Ἀκανθίς. Cap. XVII. Λεύκιππος, hoc loco Λευκίππη. Κλύμενος, Κλυμένη. Αἰγιαλεύς, Αἰγιάλεια. Ἀλκίνοος, Ἀλκινόη. Sexcenta ejusmodi proferre possem, eoque adduci, ut etiam *Ovidio Alcathoë* restituendum judicarem. Eoque magis, quod in plerisque libris, locis, quae supra tetigi, feminino genere effertur de *urbe*, vel *arce Alcathoë*. Lib. VII. *Metam.* vers. 443. *Tutus ad Alcathoën.* cet. Plurimas Minyae fuisse filias ex *Ovidio* liquet & *Schol. Apoll. Rh.* ὁ Μινύας πολλὰς εἶχεν θυγατέρας, uti e *Stesichoro* & *Pherecyde* ostendit. Priori consentit *Apollodorus* Lib. III. cap. IX. §. 2. Κλυμένη ἡ Μινύου, quam alienam censet posterior. *Minyades* autem saepe alibi occurrentes, pro neptibus vel proneptibus nonnumquam accipiendas notat *Perizon.* ad *Aelian.* d. l.

Alcathoëm] *Alcathoën*, vel *Alcathoam* scribere debuisset. Putares de compacto agere Graecorum Scriptorum interpretes; adeo in hoc errore plerique conspirant. MUNCK.

Ἀπέβυσαν] Unica littera mutata, scribe, ἀπέβησαν. *Lucianus:* ἄριστοι ἄνδρες ἀποβαίνουσι. *Optimi viri evadunt.* Xylandro non ignara fuit haec lectio, ut indicat ejus versio. Atque hoc ultro profiteor, ne laureolam in mustaceo quaerere me censeas. MUNCK. Idem conjecit *Galeus*, etiamsi *Berkelius* voluisset, ἀπέσβεσαν, quod in altera Ed. mutavit in ἤφυσαν.

Ἐκτόπως φιλεργοί κ. τ.] *Ovidius* rem secus narrat, etiam *Aelianus*, qui, cum plurimarum Graeciae regionum feminas, quasi morbo percitas, ac furen-

pam, Arſippam, & Alcathoëm. Hae operum nimio ſtudio arſerunt, plurimumque alias mulieres reprehenderunt, quod urbe relicta in montibus eae baccharentur. Tandem Bacchus puellae ſumta forma, eas hortatus eſt, ne ſacra & myſteria Dei deſererent. Cumque animum non adverterent, indigne ferens Bacchus, e puella in taurum, leonem, & pardalim eſt mutatus: fluxitque ei ex * nectar & lac. His prodigiis territae, paulo poſt ſortes in urnam conjectas concuſſerunt; exiitque ſors Leucippae.

furentes in quasvis libidines proruiſſe, ab honeſtis alienas, dicat, ideo bacchari Minyae filias noluiſſe addit, quod maritos nimium amarent, quam ut Bacchi ſacris operatae thori jura violarent, atque hanc ob rem, cui adſueverant, textorio operi continuo adhaeſiſſe.

quod aliena intrudantur. Simplicissima est, &, ut opinor, vera emendatio *Galei* prior: αὐτὴν δὲ ταυροπόλον, vel ταυρόπολιν. *Scholiast.* quem ineditum citat *Galeus*, ad *Aristoph. Lysistr.* Νὴ τὴν ταυροπόλον· οὕτω τὴν Ἄρτεμιν ἐκάλουν. *Eustath. Barnesio* ad *Eurip.* indicatus, in *Hom. Il.* Β. f. 259. Ἔθνος Βέρειον οἱ Ταῦροι· καὶ Ταυρόπολις ἡ Ἄρτεμις.

Χρόνον ἰκνούμενον] Legendum esse ἱκνούμενον superius monui ad c. 3. MUNCK.

Τὴν Λευκὴν λεγομένην] Nisi fallor, scripsit auctor, τὴν Λευκὴν λεγομένην νῆσον. Nam Λευκὴ insula est in *Ponto Euxino*. Vide *Etym. magnum*, cujus patrem quosdam *Musurum* facere comperi. *Schol. Pind.* ad *Nem. Od.* IV. Ἔστι δὲ ἐπὶ τοῦ εὐξείνου πόντου καλουμένη Λευκὴ νῆσος. *Liberalis* cap. 12. Εἰς τὴν Κονώπην λεγομένην λίμνην. *Scholiast.* modo laudatus ad *Olymp.* Od. III. Εἰς τὴν Ἐρύθειαν λεγομένην νῆσον. Quando autem *Apostolius* scribit cent. VII. 34. Ἐπὶ Τανάγραν καλουμένην ᾄδουσαν, locum quendam γενικῶς designat, ut Noster cap. 31. περὶ τὰς λεγομένας ἱερὰς πύλας. De insula ista *Pomponius Mela* Lib. II. cap. 7. *Leuce Borysthenis ostio objecta, parva admodum, & quia ibi Achilles situs est, Achillea nomine. Plin.* Lib. IV. cap. 12. *Insula Achillis tumulo ejus clara* Dicitur quoque ab aliis ἡρώων & μακάρων νῆσος. MUNCK.

Ἀγήρων] Nihil heic mutandum. Consule *Sylburg.* ad *Clenardum.* MUNCK.

Σύνοικος.] *Xyl. Uxor.* Recte. *Gloss. Cyrill.* σύνοικος, ἐπὶ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς, *conjux.* Idem est σύννομος & σύμβιος. MUNCK.

ΤΥΦΩΝ. κή.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος ἑτεροιουμένων δ'.

Τυφὼν ἐγένετο γῆς υἱὸς ἐξαίσιος δαίμων πρὸς ἰσχύν· κατὰ δὲ τὴν ὄψιν παρηλλαγμένος· ἐπεφύκεσαν γὰρ κεφαλαὶ πλεῖσται, καὶ χεῖρες, καὶ πτέρυγες· ἐκ δὲ τῶν μηρῶν μέγισται δρακόντων σπεῖραι· φωνὰς δὲ παντοίας ἠφίει, καὶ αὐτὸν οὐδὲν ὑπέμενεν εἰς ἀλκήν· οὗτος ἐπεθύμησε τοῦ Διὸς ἔχειν τὴν ἀρχήν, καὶ αὐτὸν ἐπερχόμενον οὐδεὶς ὑπέμεινε τῶν θεῶν, ἀλλὰ δείσαντες ἔφυγον πάντες εἰς τὴν Αἴγυπτον. Ἀθηνᾶ δὲ καὶ Ζεὺς

Τυφὼν] Ita & Τυφῶς & Τυφωεὺς, *Typhon* & *Typhoeus* idem est, mutata tantum nominis forma, de qua vide quae diximus supra ad Cap. II.

Ἐξαίσιος] *Gloss. Steph. Immanis*, ἐξαίσιος, παμμεγέθης. *Gloss. Cyrill.* ἐξαίσιος, *vastus, immanis.* MUNCK. Hunc ita depingit *Hygin.* cap. 152. *Immani magnitudine, specie portentosa, cui centum capita draconum ex humeris enata erant.*

Δαίμων] *Gloss.* eaedem: Τύφων, δαίμων, *Typho.* MUNCK.

Τὴν ὄψιν παρηλλαγμένος·] Habebat enim mixtam naturam ἀνδρὸς καὶ θηρίου. Vid. *Apollod.* L. I. Noster cap. 41. χρῆμά τι ἐξηλλαγμένον, *animal* prodigiosum. Vid. *Hygin.* c. 152. MUNCK.

Ἐπεφύκεσαν] Cap. 31. ἐστάκεσαν. *Apollod.* Lib. I. καθεστάκεσαν. Haec ἀττικίζοντα sunt. MUNCK.

Ἐπερχόμενον οὐδεὶς ὑπέμεινε τῶν θεῶν,] *Xyl Impetum facientem nemo deorum substitit.* Latinissime profecto. Ita *feras subsistere*, *hostes subsistere* apud *Livium* & alios. Ad eundem modum

XXVIII. TYPHON.

Refert Nicander Libro IV. *de Alteratis.*

Terrae filius fuit Typhon, genius immenso robore, monstrosa forma. Nam & capita plurima ei nata sunt, & manus, & alae, & ex femoribus maxima serpentum volumina. Omnis generis voces edebat: neque ejus vires quisquam subsistebat. Is Typhon imperium Jovis affectavit: impetumque facientem nemo deorum substitit, sed omnes in Aegyptum fugam fecerunt, solis Minerva & Jove

dum ὑποστῆναι usurpare solent Graeci. 1 *Maccab.* cap. VII. vs. 25. Καὶ ἔγνω ὅτι οὐ δύναται ὑποστῆναι αὐτούς. *Tibull. Paneg. Messal.* cum dandi casu construxit:

> *Prote vel solus densis subsistere turmis.*

Nisi *densas turmas* legendum est. MUNCK.

Εἰς τὴν Αἴγυπτον.] *Apollod.* Lib. I. 6. 3. Θεοὶ... εἰς Αἴγυπτον φυγάδες ἐφέροντο, καὶ διωκόμενοι τὰς ἰδέας μετέβαλον εἰς ζῶα. *Hygin.* cap. 196. Deos in *Aegyptum* delatos a *Pane* jussos fuisse, mutare se in feras bestias, tradit.

Ἀθηνᾶ δὲ καὶ Ζεὺς &c.] *Lactantius* tamen & *Ovidius* Lib. V. *Metam.* vs. 293 *Jovem* ipsum prae metu in arietem versum narrant, unde *Typhonis* jactantia: vs. 327.

> *Duxque gregis, dixit, fit Juppiter, unde recurvis*
> *Nunc quoque formatus Libys est cum cornibus Ammon.*

Nostrum quoque inter & *Ovidium*, quamquam sua e *Nicandro* mutuari solitos, in reliquis minus convenit. vs. 329.

 Delius

Ζεὺς ὑπελείφθησαν μόνοι· Τυφῶν δ' ἐκ ποδὸς ἐδίωκεν· οἱ δὲ προμηθείᾳ διέφυγον, ἀλλάξαντες εἰς ζῶα τὰς ὄψεις. καὶ Ἀπόλλων μὲν ἐγένετο ἱέραξ, Ἑρμῆς δὲ ἶβις, Ἄρης δὲ λεπιδωτὸς ἰχθὺς, Ἄρτεμις δὲ αἴλυρος· τράγῳ δὲ εἰκάζεται Διόνυσος, ἔλλῳ δ' Ἡρακλῆς, βοὶ δ' Ἥφαιστος, μυγαλῇ δὲ Λητώ· καὶ ὡς ἕκαστος ἔτυχε τῶν ἄλλων θεῶν μετέβαλε τὴν ὄψιν· ἐπεὶ δὲ Τυφῶνα Ζεὺς βάλλει κεραυνῷ· καιόμενος δὲ ὁ Τυφὼν ἔκρυψεν ἑαυτὸν, καὶ ἠφά-

Delius in cervo, proles Semeleïa capro,
Fele soror Phoebi, niveâ Saturnia vaccâ,
Pisce Venus latuit, Cyllenius Ibidis ales.

Αἴλυρος.] Ita legendum esse, non σίλυρος, recte monuit *Bochartus*. Id quod & ego ante visum *Bochartum* videram ex *Ovid*. Lib. V. vs. 330.

Fele soror Phoebi, nivea Saturnia vacca,
Pisce Venus latuit.

Et ex *Hyg. Astron*. Lib. XI. *Fab. Capricorni : Dianam cato simulatam*. Αἴλυρος enim *catus* sive *cattus*. *Schol*. ad *Callim. Hym. Cereris* vs. 111.

Τὸν αἴλουρον) τὸν ἰδιωτικῶς λεγόμενον κάτιον.

Imitatur id *Poëtaster* ille in *Catal. Pith*. Lib. IV.

Catus in obscuro cepit pro sorice picam.

Dicebant & κάτια. *Gloss*. κάττα, *catta*. *Catta*, αἴλουρος. *Cittus*, αἴλουρος. scrib. *cattus*. Longius abit γάτος, de quo *Meursius* in *Gloss. Graecobarb*. *Catam* quater felem appellat *Sextus Platonicus* nescio quis *de medicina ex Animal*. Parte I. cap. 18. MUNCK. Legi hic meretur *Bochart. Hieroz*. p. 344. *Toup*. in *Suid*. Tom. II. p. 169. Felibus his *Aegyptiis Ochum* projecit *Bagoas*. *Aelian. V. H*. Lib. VI. cap. 8. De voce vid. *Schol. Callim. H*. in *Cer*. vs. 111. Sed inprimis luculenta & meditata *Perizonii* nota ad *Aelian. V. H*. Lib. XIV. cap. 4.

Τράγῳ δὲ εἰκάζεται Διόνυσος.] Τράγος Graecorum a Latinis *caper* modo, modo *hircus* vertitur. Notum est, foetorem alarum τράγον dici a Graecis. At illum ut *hircum Horatius Epod*. 12.

Jove relictis. Typhon e vestigio deos est secutus: verum illi calliditate usi, effugerunt, habitu in bestias mutato: Apollo in accipitrem, Mercurius in ibin, Mars in squammatum piscem, Diana in aelurum, Bacchus in caprum, Hercules in hinnulum, Mulciber in bovem, Latona in murem araneum: alii, ut visum fuit, in alia. Ubi Typhonem Jupiter fulmine perculit, ardens Typhon in mare se ipsum abdidit, flammamque extinxit. Ju-

12. aliique appellant, ita *caprum Catullus Carm.* 70. & *Ovid.* III. *Art.* immo *capram* etiam *Horatius* Lib I. Ep. vs. 29. *Sed nimis arcta premunt olidae convivia caprae.* Τράγος erat, qui vitem rodendo putationem hominibus monstravit, ac *hircus* dicitur a *Martiali* L. III. 24. & ab *Hygino Astron.* II. 4 Verum *Mythol.* Cap. 274 *Caper*, ut & apud *Ovid.* Lib. XV. *Metam.* fab. 2. *Lactant.* ad *Stat. Theb.* V. vs. 159. Certe *caper* est *hircus Virgilio Ecl.* VII. cum virum cum gregis facit, & *Ovidio*, cum ait Lib. X. *Met.* vs. 327. *Quasque creavit, init, pecudes caper.* Haec expendant, qui caussam nullam vident, cur τράγον transtulerit *caprum Xylander.* Certe hinc discent non solum ἔριφον dici *caprum.* Quid autem proprie ἔριφος sit, expressit his verbis in *libro de Cibor. Facult.* pag. 17. *Simeon Sethi*: Οἱ γὰρ τοὺς ἐξ μῆνας ὑπερβαίνοντες οὐδὲ κυρίως ἔριφοι ἂν κληθεῖεν, ἀλλ' αἶγες. Putavit forte Vir Cl. (*Berkel.*) ignorasse *Xylandrum* versiculum illum *Martialis* Lib. III. Ep. 24.

Dum jugulas hircum, factus es ipse caper. MUNCK.

Μυγάλη] Μυγαλῆ scrib. ut est apud *Aristot. Hist. Anim.* Lib. VIII. cap. 24. & alios. Item paulo ante ἐλλῷ. *Hom. Odyss.* T. vs. 228.

Ἐν προτέροισι πόδεσσι κύων ἔχε ποικίλον ἐλλόν.

Schol. νεβρὸν, νεογνὸν ἔλαφον. *Gloss. Steph. Mus araneus*, μυγαλῆ. MUNCK.

Καιόμενος δὲ] Illud δὲ videtur heic positum pro ὤν, ut *Luc. Evang.* Cap. VII. vs. 6. *Epist.* ad *Rom.* Cap. VIII. vs. 8. vel certe abundat. MUNCK.

Ἐρ-

ἠφάνισεν τὴν φλόγα τῇ θαλάσσῃ. Ζεὺς δὲ οὐκ ἀνίησι, ἀλλὰ μέγιστον ὄρος ἐπιβάλλει Τυφῶνι τὴν Αἴτνην. καὶ αὐτῷ φύλακα τὸν Ἥφαιστον ἐπὶ τῶν ἄκρων ἐφίστησιν. ὁ δ' ἐνερείσας τοὺς ἄκμονας αὐτοῦ τῷ τραχήλῳ, διάπυρον ἐργάζεται μύδρον.

Ἐργάζεται] h. e. ἐπ' ἄκμονι ἐλαύνει. *Gloss. Cyrill.* ἐπ' ἄκμονι ἐλαύνω, *cudo*. MUNCK.

Μύδρον.] *Callim. Hymn. Dian.* vs. 48.

—— Ἐπ' ἄκμοσιν Ἡφαίστοιο
Ἑσταό-

Γ Α Λ Ι Ν Θ Ι Α Σ. κθ'.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος ἑτεροιουμένων δ'.

Προίτου θυγάτηρ ἐν Θήβαις ἐγένετο Γαλινθιάς· αὕτη παρθένος τὴν συμπαίκτειρα καὶ ἑταιρὶς Ἀλκμήνης τοῦ Ἠλεκτρύωνος· ἐπεὶ δὲ Ἀλκμήνην ὁ τόκος ἤπειγεν τοῦ Ἡρακλέους, μοῖραι καὶ Εἰλέθυια πρὸς χάριν τῆς Ἥρας κατεῖχον ἐν ταῖς ὠδῖσι τὴν Ἀλκμήνην. καὶ αὗται μὲν ἐκαθέζοντο κρατοῦσαι τὰς ἑαυτῶν χεῖρας. Γαλινθιὰς

Γαλινθιάς·] *Galanthis* vocatur *Lactantio* & *Ovidio*, qui totam fabulam refert Lib. IX. *Metam.* vs. 304. 316. ubi vid. *Heins.* Idem nomen, origini suae convenientius, *Antonino* recte restitutum ivit Cl. *Schrader. Observ.* pag. 21. Error hic penes auctorem videtur, qui eamdem nominis formam infra saepius retinet.

Ἑταιρὶς Ἀλκμήνης] Ita rescripsi pro ἑταίρισα. Τὸ α ex seq.

Jupiter autem non dimisit eum: sed montium maximum Aetnam ei injecit, inque extremitatibus custodem ei Vulcanum apposuit: isque impositis in cervices Typhonis incudibus, ferreas cudit massas.

Ἑστάοτες περὶ μύδρον.

Schol. Μύδρον) Σίδηρον πεπυρακτωμένον, ὥστε το μύρεσθαι καὶ ἀφρεῖν. Μύδροις βαλὼν occidit in *Titanomachia Clytium* apud *Apollod.* Lib. I. MUNCK.

XXIX. GALINTHIAS.

Haec Nicandri narratio est e libro IV. Alteratorum.

Thebis Proetus filiam habuit Galinthiadem, ludi & vitae sodalitate junctam virginem Alcmenae, filiae Electryonis. Cum parturiret Alcmena Herculem, Parcae & Lucina in gratiam Junonis eam in doloribus detinuerunt, manibus suis constrictis sedentes. Ibi Galinthias verita ne ex doloribus mo-

scq. voc. adhaeserat. Cap. 30. καὶ ἐποιήσαντο συνδίαιτον καὶ ἑταιρίδα. Similis error fuit Cap. 23. Ἀπόλλων ἀΐδοντα pro Ἀπόλλωνα ἰδόντα. MUNCK.

Κρατέσαι τὰς ἑαυτῶν χεῖρας.] De *Junone Ovid.* Lib. IX. *Met.* vs. 300.

—— *Digitis inter se pectine junctis*
Sustinuit partus.

h. e. ἐπέχε τὸν Ἀλκμήνης τόκον, ut loquitur in hac fabula *Apollodor.*

θιὰς δὲ δείσασα μὴ Ἀλκμήνην ἐκστήσωσι βαρυνομένην οἱ πόνοι, δραμοῦσα παρά τε τὰς μοίρας καὶ τὴν Εἰλείθυιαν ἐξήγγειλεν, ὅτι Διὸς βουλῇ γέγονε τῇ Ἀλκμήνῃ παῖς κόρος· αἱ δὲ ἐκείνων τιμαὶ καταλέλυνται· πρὸς δὴ τοῦτ' ἔκπληξις ἔλαβε τὰς μοίρας, καὶ ἀνῆκαν εὐθὺς τὰς χεῖρας· Ἀλκμήνην δὲ κατέλιπον εὐθὺς αἱ ὠδῖνες· καὶ ἐγένετο Ἡρακλῆς, αἱ δὴ μοῖραι πένθος ἐποιήσαντο· καὶ τῆς Γαλινθιάδος ἀφείλοντο τὴν κορείαν, ὅτι θνητὴ τοὺς θεοὺς ἐξη-

dor. Lib. I. pag. 79. MUNCK.

Ἐκστήσωσι βαρυνομένην οἱ πόνοι,] *Ne ex doloribus moreretur.* Non probo. Βαρύνεσθαι ὑπὸ πόνων proprium est in partus doloribus; *Callim. Hymn.* in *Del.* vs. 202. ita dicit ὑπ' ὠδίνεσσι βαρυνομένην, & *Theocritus* ad illum locum citatus. Ad illorum gravitatem & inprimis retardationem respicit ipsa *Alcmene* apud *Ovidium* L. IX. *Metam.* vs. 289. *Nec jam tolerare labores Ulterius poteram.... Septem ego per noctes, totidem cruciata diebus.* cet. Unde forsan locus explicandus: *Galanthis verita, ne dolores Alcmenen a mente velut alienarent* cet. Nam & hac significatione gaudet ἐκστῆσαι etiam simpliciter positum. *Euripid. Auge* apud *Stobaeum* p. 164. 34.

Νῦν δ' οἶνος ἐξέστησέ μ'. ὁμολογῶ δέ σε
Ἀδικεῖν· τὸ δ' ἀδίκημ' ἐγένετ' οὐχ ἑκούσιον.

Τοὺς θεοὺς] Male utraque Editio τὰς θεάς. MUNCK. In altera Edit. etiam *Berkelius* reposuit τάς. *Parcas* nempe & *Lucinam* deceperat *Galanthis*. *Galeus* tamen, num de more prioris Ed. *Berkelianae* contextum secure secutus, an de industria, *Xylandrianam* lectionem retinuit, eamque, nisi mere vitiosam, retinendam existimo, donec aliunde liqueat, mutatione opus esse. Propterea quod mihi nondum persuasum habeo, vulgatam in mendo cubare. Si enim idoneis exemplis demonstraverim, *Deum* de sequiore sexu dici apud *Romanos*, cur τὸν θεὸν de eodem genere feminino sumi etiam apud *Graecos* non posset? Fateor, locum illum *Calvi*, *Pollentemque Deum Venerem* in controversia esse, ut *Is. Vossius* ad *Catull.* p. 259. aliique volunt, quos ad *Virgil.* & *Anthol. Lat.* locis paullo post indicandis adducunt elegantiae Latinae Statores, *Burmanni*, Patruus & Nepos, ac si *Deum* pro *Deorum* esset re-

moreretur Alcmena, ad Parcas & Lucinam accurrit, nuncians Jovis voluntate puerum ab Alcmena partu editum, actumque esse de ipsarum honoribus. Ad hoc obstupuerunt Parcae, statimque manus dimiserunt. Illico etiam Alcmena soluta doloribus, Herculem est enixa. Ad hoc Parcae luctum instituerunt: & Galinthiadi, quod mortalis deas decepisset, virginitatem ademerunt, inque frau-

repositum, quod tamen secus intellexit *Servius*, (ad *Virgil.* II. *Aen.* vs. 632.) qui *Deus* dici innuit, ut apud *Graecos* ὁ θεὸς & ἡ θεὸς, vel, uti ego malim, ως τὸ θεῖον. *Homer.* Il. Θ. vs. 7.

> Μήτε τις ἔν θήλεια θεὸς τόγε,
> μήτε τις ἄρσην.

Sed detur syncope in loco *Calvi*, alia sunt, de quibus dubium non est. *Senec. Herc. Fur.* vs. 385. *Sequitur superbos ultor a tergo Deus.* h. e. ut Interpretibus visum est, *Nemesis. Virgil.* Lib. VII. *Aen.* vs. 498. *Nec dextrae erranti Deus abfuit*; ubi *Servius: aut Juno fuit aut Alecto. Anthol. Lat.* Tom. I. pag. 670. quod Epigramma paullo aliter exhibet *Cicero* de *N. D.* I. 79. Cap. 28. *Auroram* vocat *Deum*, & sic *Junonem* saepe dici *Deum*, observat ibi *Burmannus.* Clare *Virgil.* Lib. II. *Aen.* vs. 632. quem locum vindicat *Macrob.* Lib. III. *Saturn.* c. 8. *Ducente Deo* de *Venere.* & *Ovid.* Lib. XIV. *Met.* vs. 750.

> *Venit Anaxaretes: quam jam*
> *Deus ultor agebat.*

Deus hic ultor extra controversiae aleam, *Venus* est. Ipse *Vossius* ad *Catull.* d. l. observat, uti ἄνα pro ἄνασσα, sic easdem, quas *Catullus Deas* dicit, *Callimacho* vocari *Deos*, & ὁ θεὸς aeque ac ἡ θεὸς dici, quod tamen aliis exemplis demonstrasset, vellem. *Wesseling.* V. Cl. ad *Herod.* Lib. VIII. cap. 3. laudat *Jac. Elsner. Sched. Crit.* pag. 39. ubi muliebres Deas, utroque sermone, masculino genere recte dici, commonstrasset, sed, ut opinor, non omnino satisfecit. Ipse *Herodoti* locus, quamquam Cl. *Abreschio*, *Miscell. Obs.* V. p. 236. unicus dicitur, ubi ὁ θεὸς pro *Dea* ponitur, certior est: Δύο θεὺς μεγάλους Πειθὼ καὶ Ἀ-

ναγ-

ἐξηπάτησεν. καὶ αὐτὴν ἐποίησαν δολερὰν γαλῆν, καὶ δίαιταν ἔδωκαν ἐν τῷ μυχῷ, καὶ ἄμορφον ἀπέδειξαν τὴν εὐνήν· θοείσκεται μὲν γὰρ διὰ τῶν ὤτων· τίκτει δ' ἀναφέρουσα τὸ κυούμενον ἐκ τοῦ τραχήλου· ταύτην Ἑκάτη πρὸς τὴν μεταβολὴν τῆς ὄψεως ᾤκτειρεν· καὶ ἀπέδειξεν ἱερὰν αὐτῆς διάκονον· Ἡρακλῆς δ' ἐπεὶ ηὔξηθη,

τοῦ

παγκείαν. Duo praeterea loca ſuccurrunt, quae neſcio, cur ſecus exponantur. *Phrynich.* p. 32. Νὴ τὼ θεώ, quod jusjurandum ſaepius apud *Comicos*, ὅρκος γυναικὸς cet. Idem enim, ac κατὰ ταῖν θεαῖν, per *Deas*, *Cererem & Proſerpinam.* Vid. *Spanhem.* ad *Callim. Hymn.* in *Cerer* vſ. 1. Auctor *Etymologici M.* V. Μορίαν, οἱ μὲν πᾶσαι ἐλαίαν οὕτω καλοῦσιν· οἱ δὲ τὰς ἱερὰς ΤΩ ΘΕΩ .... μορίαι, τῆς Ἀθηνᾶς ἱεραὶ ἐλαῖαι. ubi neſcio, an jure τῇ θεῷ, certe nulla auctoritate, repoſuerit *Ampl. Cuperus*, probante etiam *Burmanno* ad *Jov. Fulg.* c. 14.

Δολερὰν γαλῆν,] *Xyl Fraudulentam felem.* Malim, *doloſam muſtelam.* De muſtela enim vulgo, non fele, ſequentia finguntur. Verum quidem γαλῆν pro *muſtela* modo, modo pro *fele* accipi, id quod praeter alios & *Eraſmus* obſervavit: Sed veteres in hac fabula deſignaſſe per γαλῆν muſtelam videtur innuere *Ovid.* Lib. IX *Met.* vſ. 321. Dum flavam manſiſſe *Galanthida* canit, cum jam in γαλῆν eſſet converſa. At flavus color eſt muſtelis domeſticis, non felibus. *Donatus* ad *Ter. Eun.* IV. 4, γαλῆ *muſtela.* γαλεώτης *ſtellio. Heſych.* Ἀσκάλαβος, γαλεός. *Fungerus* corrigit, γαλεῶτι. Scribe tu, γαλεώτης. Notat *Taubmannus* ad *Plaut. Stich.* III. 2. in *Comm.* ad *Theophraſtum* diſputare *Caſaubonum*, utrum γαλῆ muſtela domeſtica ſit, an felis. Ubi inſpexi ejus *Comm.* ad C. 17. nihilo certior deceſſi. Ambigere doctos ait, ſitne γαλῆ muſtela domeſtica, an felis, praeterea que nihil. Et ſane fruſtra ambigerent, ſi verum eſſet quod *Tzetzes* ſcribit, αἴλουρον eſſe γαλῆν κατοικίδιον, vel quod ad *Phaedrum* notat *Rigaltius*: *Muſtela, felis*, αἴλουρος. Sed γαλῆν ab aeluro mecum diſtinguit *Apoſtolius Cent.* V. 92, & *Gloſſ. St. Cattus*, αἴλουρος. *Muſtela* γαλῆ. Res omnino crepera eſt, nec ſatis certa & perpetua illa diſtinctio, quam ego mihimet olim fingebam: Γαλῆ κατοικίδιος, *muſtela domeſtica*, een weſelt-jen,

fraudulentam mutaverunt felem, vitamque in penetralibus attribuerunt, foedumque coitum: nam per aures concipit, & e collo eructatum foetum edit. Hanc vultus mutationem miserata Hecate, sacram sibi eam ministram constituit. Hercules quoque adultus, memor beneficii, juxta aedem ei sacel-

fem. Γαλῆ ἀγρία, *viverra* fem. Gloss. Cyrilli: Γαλῆ, *mustela*. Γαλῆ ἀγρία, *viverra*. Quemadmodum ob hoc *Galanthidis* factum culta fuerit a *Thebanis* mustela, *Aelian*. Lib. XIV. c. 4. refert. MUNCK. Proprie quidem αἴλουρος, sive *felis*, est κάττος, vel κάττα. nam γαλῆν *mustelam* dici, *stellionem* γαλεώτην ostendit *Jac. Perizon*. ad *Aelian*. V. H. XIV, 4. HEMSTERH. ad *Aristoph. Plut.* vs. 693.

Θηρίσκεται] Existimo scripsisse Liberalem, κυίσκεται. *Antigonus Hist. mir.* Cap. 25. ἡ δὲ λέγεται διὰ τοῦ ὠτὸς κυίσκεται. Quae verba nuper ad *Hyg*. C. 185. adduxi. Quam autem illa a veritate aliena sint, docet ex *Aristotele Plinius* Lib. VIII. c. 16. & ex multis aliis *Leo Allatius* in *Commentario* ad *Basil. Hexaëm* pag. 156. Fallit etiam alios, ut ipse falsus est. *Julius Firmicus* pudicitiae virtutem *Leoni* tribuens. *Plinium* vide. MUNCK. Θοινᾶται conjicit *Berkelius*. Θορεῖται *Galeus*. Nihil absurdum, sed deest MSS. auctoritas.

Ἐκ τοῦ τραχήλου] Aliter *Ovid*. Lib. IX. *Met*. vs. 322.

Quae, quia mendaci parientem juverat ore,
Ore parit.

Lactant. eodem modo. *Eam in mustelae figuram convertit, ita ut ore, quo mentita est, pareret.* Aut τράχηλος non per *collum*, sed *os* vertendum; nam pro *capite* usus est *Lucianus D. M.* pag. 437. & pro *osculo* sive *parvo ore* vesicae, *Hippocrates*, teste *Stephano*.

Ἑκάτη] *Gloss. Steph. Lucifer*, Φωσφόρος. *Lucifera*, Ἑκάτη. Docte profecto, & ex ultima antiquitate. Vid. *Apollod*. Lib. I. *Eurip*. in *Helena*:

Ὦ φωσφόρ' Ἑκάτη, πέμπε φάσματ' εὐμενῆ.

Eaedem *Glossae*: *Nocticula*, Ἑκάτη νυκτεφαίνουσα. Scr. *Noctiluca*. *Horat*. Lib. IV. *Od*. 6. *Gloss. Graeco-Latin.* Τρίμορφος, ἡ Ἑκάτη. *Trivia*. MUNCK.

τὴν χάριν ἐμνημόνευσε, καὶ αὐτῆς ἐποίησεν ἀφίδρυμα παρὰ τὸν οἶκον, καὶ ἱερὰ προσήνεγκε· ταῦτα νῦν ἔτι τὰ ἱερὰ Θηβαῖοι φυλάττουσι, καὶ πρὸ Ἡρακλέους ἑορτῇ θύουσι Γαλινθιάδι πρώτῃ.

Τὴν χάριν ἐμνημόνευσε,] Imitari id videtur *Apulej. Miles.* III. *Honorum talium parem gratiam memini.* IX. *Gratas gratias asino meo memini.* Dicebant & χάριν εἰδέναι, *Aristaen.* Lib. I. cap. 1. ἀλλὰ καὶ χάριν εἴσομαι τῇ τύχῃ. Sic χάριν ἔχω, χάριν ὁμολογῶ. Εὐχαριστῶ οὐδεὶς τῶν δοκίμων εἴρηκεν, ut docet *Thom. Magist.* MUNCK.

Καὶ πρὸ Ἡρακλέους ἑορτῇ θύουσι Γαλινθιάδι πρώτῃ.] *Galinthias* optime dicitur merita fuisse de *Hercule*, & idcirco *Thebanos in festo Herculis sacrificare Galinthiadi prius seu primae, ante Herculem*, πρώτῃ πρὸ Ἡρακλέους. ita enim construenda verba, quae pessime vulgo vertuntur: *Thebani ante ferias Herculis, primae Galinthiadi sacrificant.* Nec enim conjungenda πρὸ ἑορτῇ

ΒΙΒΛΙΣ. λ'.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος ἑτεροιουμένων β'.

Ἀπόλλωνος καὶ Ἀκακαλλίδος τῆς Μίνω θυγατρὸς ἐγένετο παῖς ἐν Κρήτῃ Μίλητος· τοῦτον ἡ Ἀκα-

Ἀκακαλλίδος] *Deiones* & *Phoebi* filium facit *Ovid.* Lib. IX. *Met.* vs. 443. Vid. quos *Meursius* laudat *Cretae* Cap. VIII. *Ariam* matrem (*Mileti*) vocat *Etymol. Auctor* in Μίλητος. Μίλητος, inquit, πόλις. ὅθεν καὶ Μιλήσιοι ἀπὸ Μιλήτου τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρίας. Aut hoc falsum, aut errat *Schol. Theo-*

cellum collocavit, remque sacram fecit. quae etiamnum observant Thebani: & ante ferias Herculis, primae Galinthiadi sacrificant.

τῇ Ἡρακλέυς, ut facit Interpres, siquidem πρὸ requirit gignendi, non dandi casum, sed πρὸ Ἡρακλέυς, & tunc ἑορτῇ accipiendum pro ἐν ἑορτῇ, quae Ellipsis frequens. &c. PERIZON. *Dissert* V. pag. 373. Magni facio inexhaustam hujus Viri Eruditionem, sed ad Grammaticae normam saepius exigit, quae ad Criticae artis stateram potius sunt expendenda. Ingeniosior certe, quamquam nescio num vera, est Cl. *Heringae* conjectura in *Obs.* pag. 17. καὶ πρὸ Ἡρακλέυς ἑορτῆς θύουσι Γαλινθιάδια, ut Διάσια, Διονύσια, &c. de festis & sacrificiis iis Diis sacris; nempe ex Γαλινθιάδι α, quae male prius distincta essent, πρώτῃ rescripsissent Librarii, α numeri notam rati. Acute.

XXX. BIBLIS.

Narrat Nicander libro II. *Alteratorum.*

In Creta Miletus ex Apollinis & Acacallidis (quae Minois erat filia) congressu est natus. eum mater

Theocrit. Idyll. VIII. vs. 115. Μιλήτου γάρ φησι καὶ Ἀρείας ἐγένοντο παῖδες Καῦνος (lege Καῦνος) καὶ Βυβλὶς &c. Confer *Parthen. Erotic.* C. XI. MUNCK. In matris nomine variant plerique. Vid. *Reg.* & *Burm.* ad *Ovid.* d. l. & *Munck.* ad *Hygin.* C. 14. *Schol. Apoll. Rh.* L. I. vs. 186. Ὁ δὲ Μίλητος,

Ἀκακαλλὶς δείσασα Μίνω ἐξέβαλλεν εἰς τὴν ὕλην, καὶ αὐτὸν ἐπιφοιτῶντες λύκοι, βουλῇ Ἀπόλλωνος, ἐφύλαττον, καὶ ὤρεγον παρὰ μέρος γάλα· ἔπειτα δὲ βουκόλοι περιτυχόντες ἀνείλοντο, καὶ ἔτρεφον ἐν τοῖς οἰκείοις· ἐπεὶ δὲ ὁ παῖς ηὔξετο, καὶ ἐγένετο καλὸς, καὶ δραστήριος, καὶ ὁ Μίνως κατὰ πόθον ἐνεχείρει βιάζεσθαι, τότε νυκτὸς ὁ Μίλητος ἐμβὰς εἰς ἄκατον, βουλῇ Σαρπήδονος εἰς Καρίαν ἀπεδίδρασκε, καὶ πόλιν ἐνταῦθα κτίσας Μίλητον ἔγημεν Εἰδοθέην τὴν Εὐρύτου θυγατέρα τοῦ βασιλέως τῶν Καρῶν· καὶ ἐγένοντο δίδυμοι παῖδες αὐτῷ Καῦνος

καὶ

ἀφ' οὗ καὶ ἡ πόλις Μίλητος, Εὐξαντίου καὶ Μίκωνος ἦν. Οἱ δέ φασιν αὐτὸν Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρείας τῆς Κλεόχου. cet.

Δείσασα Μίνω] Quartae inflexionis quidem interdum Μίνως, sed inter illa, quae in accusativo casu abjiciunt ν, non invenio Μίνω. Scribendum ergo esset Μίνων, vel Μίνωα, ut Cap. 40. Ἐκφυγοῦσα δὲ Μίνωα Retrahit tamen nos *Pausan. Achaic.* pag 403. *Edit. Wechel.* ἀλλὰ Μίνω ἔφυγεν εἰς Κρήτην. MUNCK. Τὸν Μίνω etiam *Lucian.* T. III. pag. 655. Pro Πυθῶνα, quod est apud *Pollud. Coll. D'Orvill.* habet Πυθώ. *Herodian.* Τὸν Ἥρω, τὸν Μίνω, τὸν Ἀπόλλω, τὸν Ποσειδῶ ἄνευ τοῦ ν οἱ Ἀττικοί. Vid. ibi *Piersonus.*

Ἐπιφοιτῶντες λύκοι ... ὤρεγον γάλα.] Lupi ergo feminae, ut λύκοι ἐπιφοιτῶσαι dicere potuisset. *Festus: Agnus ex Graeco ἀμνὸς deducitur. quod nomen apud majores communis erat generis, sicut & lupus, quo* (Leg. e Mss. *quod*, *venit ex Graeco* λύκος. Contra *Agolum pastorale baculum, quod* (Leg. eorumdem auctoritate *quo*) *pecudes aguntur.* Nota Numae Pompilii Lex: *Pellex .... crinibus demissis Junoni* agnum feminam *caedito.*

Παρὰ μέρος] *Per vices*, recte, i. e. nunc hac, nunc illae ubera praebuerunt. Vid. hanc locum explicantem *Perizon.* ad *Aelian.* L. VIII. cap. 3. *V. H.*

Καὶ ὁ Μίνως κατὰ πόθον ἐνεχείρει βιάζεσθαι,] *Desiderio impulsus violare intendit.* Quodnam hoc desiderium, quo quis alteri vim inferre nititur? Turpis.

mater Minois metu in ſylvam expoſuit: ubi eum lupi accedentes juſſu Apollinis cuſtodiverunt, ac per vices lactaverunt. Deinde bubulci ſupervenientes ſuſtulerunt, ac domi ſuae enutriverunt. Puer ut adolevit, pulcer ſtrenuuſque evaſit: Minoſque deſiderio impulſus eum violare intendit. ibi tum Miletus noctu conſcenſo lembo, conſulente Sarpedone, in Cariam profugit: urbeque ibi Mileto condita, Eidotheam Euryti Carum regis filiam in matrimonium ducit: natique ſunt ei gemini liberi, Caunus & Biblis, unde etiamnum ſunt Caunus & Biblis

pis, aïs, amor, quo *Mileto* frui vellet *Minos*; nam ἐγένετο καλός. Nempe nepote avus? Alia omnino *Antonini* mens. Non tantum καλὸς, quo ſe multitudini commendaret, ſed & ἀριστεριος, quo, ubi res poſtularet, ſtrenue ſe gereret. Hinc ab eo timens *Minos* illum, quocumque tandem modo amovere ſtuduit, ne regnum ſibi eriperet. *Ovid.* d. l. vſ. 440.

> *Qui* (Minos) *dum fuit integer aevi*,
> *Terruerat magnas, ipſo quoque nomine, gentes.*
> *Tunc erat invalidus; Deionidenque juventae*
> *Robore Miletum, Phoeboque parente ſuperbum,*
> *Pertimuit: credenſque ſuis inſurgere regnis,*
> *Haud tamen eſt patriis arcere penatibus auſus.*
> *Sponte fugis, Milete, &c.*

Ultro vides, me, ſummo jure hic reponere φθόνο. Infra C. XXXVII. Ἐπεβούλευσαν Ἰλλυριοὶ βάρβαροι κατὰ φθόνον αὐτῶν γῆς. Emendationem egregie confirmat *Schol. Apoll. Rh.* Lib. I. vſ. 186. Μίλητον. τοῦτον δὲ ἀνδρωθέντα καὶ ΦΘΟΝΟΥΜΕΝΟΝ ὑπὸ τοῦ Μίνωος ἀναχωρῆσαι εἰς τὴν Σάμον, ἀφ᾽ οὗ καὶ τόπος ἐστὶ Μίλητος. καὶ ἀπὸ τῆς Σάμου μεταβὰς εἰς τὴν Καρίαν, ἔκτισε πόλιν, Μίλητον ἀφ᾽ ἑαυτοῦ καλέσας. Quae multum faciunt ad Liberalem illuſtrandum.

Ἔγημεν Εἰδοθέην τὴν Εὐρύτου] *Mileti* uxoris nomen non expreſſit *Lactantius*, ſed *Maeandri* facit filiam. Conſentit *Ovid.* qui & nomen addit d. l. vſ. 450.

> *Filia Maeandri, toties redeuntis*

καὶ Βιβλίς, ἀφ' ἧς πόλις ἐστὶν ἔτι νῦν ἐν Καρίᾳ, Καῦνος καὶ Βιβλίς· ταύτης ἐγένοντο πλεῖστοι μνηστῆρες ἐπιχώριοι, καὶ κατὰ κλέος ἐκ τῶν πέριξ πόλεων· ἡ δὲ τῶν μὲν λόγον ἐποιεῖτο βραχὺν, αὐτὴν δὲ ἄφατος ἔρως ἐξέμηνε τοῦ Καύνου· καὶ τὸ πάθος, ἄχρι μὲν ἐδύνατο κρύπτειν, ἐλελήθει τοὺς γονεῖς· ἐπεὶ δὲ καθ' ἡμέραν εἴχετο χαλεπωτέρῳ δαίμονι, νυκτὸς ἔγνω καταβαλεῖν ἐκ τῆς πέτρας ἑαυτήν· καὶ

untis eodem,
Cognita Cyanëe.

Nicaenetus apud *Parthenium*, non *Parthenius*, ut eſt in not. ad *Ovid. Tragaſiam* vocat.

Βιβλίς,] Nihil mutandum puto, tametſi extra dubium in nupero Commentario ponatur, ſcribendum eſſe Βυβλίς. Pudenter Nob. *Heinſius* ad *Ovid.* IX. *Metam.* vſ. 452. *Biblis* ne an *Byblis* ſcribendum ſit, non liquere ſibi aït. Certe cum *Antonino* noſtro *Biblis* ſcribit etiam *Pauſanias Achaicis* p. 406. Ἐν δὲ τῇ Μιλησίᾳ πηγή ἐστι Βιβλὶς, καὶ ὅσα εἰς τὸν Βιβλίδος ἔρωτα ᾄδουσι. Imo *Ortelius* in ſuo *Theſauro* το *Biblis* praefert. MUNCK. *Byblis* eſt *Lactantio*, & *Ovid.* vſ. 452.

Byblida cum Cauno prolem eſt enixa gemellam cet.

Parthenius tamen & *Nicaenetus* praeferunt Βιβλίς. Contra *Conon* Cap. 11. Βυβλίς. *Suid.* Βυβλις, ὄνομα κύριον. ἀδελφὴ Καύνου.

Καῦνος καὶ Βιβλὶς, ἀφ' ἧς πόλις ἐστὶν ἔτι νῦν ἐν Καρίᾳ, Καῦνος καὶ Βιβλίς.] Urbis *Biblidis* in *Caria* qui mentionem faciat, non facile invenias praeter unum *Antoninum*, qui id facere videtur. Vertit *Xylander*: *Natique et ſunt gemini liberi, Caunus & Biblis, unde etiamnum ſunt Caunus & Biblis Cariae urbes* Verum hoc ſi voluiſſet *Liberalis*, ita potius ſcripſiſſet: ἀφ' ὧν πόλεις εἰσὶν ἔτι νῦν ἐν Καρίᾳ. &c. Crede mihi male transpoſita eſſe verba *Antonini.* Ordinem illis ſuum reſtitues, ſi ita ſcripſeris: καὶ ἐγένοντο δίδυμοι παῖδες αὐτῷ, Καῦνος, ἀφ' οὗ πόλις ἐστὶν ἔτι νῦν ἐν Καρίᾳ, καὶ Βιβλίς. Sic nullam tibi amplius moleſtiam exhibebit urbs *Biblis*, quae nulla eſt. *Byblos* notiſſima & celeberrima *Phoeniciae* urbs. *Stephan.* Βύβλος πόλις Φοινίκης ἀρχαιοτάτη πασῶν, Κρόνου κτίσμα, ἀπὸ Βύβλης τῆς Μιλήτου θυγατρός. Nota *Byblen* dici, quae *Byblis* eſt aliis. *Etymol. Auctor*: Βύβλος πόλις Φοινίκων ἀρχαιοτάτη, &c. Ἡσίοδος. Βύβλον τ' ἀγχίαλον καὶ Σιδῶν' ἀνθεμόεσσαν. Atque ille

Biblis Cariae urbes. Biblidem multi incolarum ambiverunt, & qui in circumjacentibus urbibus magni essent nominis. Quibus illa facile spretis, infando amore Caunum deperire coepit; qui morbus, quandiu eum ipsa occultare potuit, fefellit parentes. Cum vero in dies magis urgeret malus genius, noctu statuit se ipsam de saxo praecipitem dare:

ille versus 912. est in *Dionysio*, nisi quod ibi exhibetur Σιδόνα, quomodo & p. 21. in *Commentario* suo adducit *Eustathius*. Puto ergo pro Ἡσίοδος in *Etymol.* reponendum esse Διονύσιος. MUNCK. Transpositio ea verborum, qua omnem scrupulum tollit *Munckerus*, etiam Cl. *Heringae* in mentem venit, *Observ.* p. 226.

Μνηστῆρες] *Gloss. vet. Procus*, μνηστὴρ. *Decubis*, μνηστὴρ, ἀπόκοιτος. Vocem *Mnesteres* jam abhinc quinquennio *Hygino* Cap. 81. restituendam esse observavi. Videri usum ea quoque *Servium* ostendo in notis ad *Hygin.* Cap. 247. MUNCK.

Ἐκ τῶν πέριξ πόλεων.] *Act. Apostol.* C. 5. c. 16. Συνήρχετο δὲ καὶ τὸ πλῆθος τῶν πέριξ πόλεων.

Αὐτὴν δὲ ἄφυκτος ἔρως ἐξέμηνε τοῦ Καύνου.] *Lactant. Byblis cum fratrem corporali amore potius, quam pio patrioque*, mallem, quod *Colon.* praefert, *fraternoque more diligeret. Ovid.* vs. 453.

Byblis in exemplo est, ut ament concessa puellae:
Byblis Apollinei correpta cupidine fratris,
Non soror ut fratrem, nec qua debebat, amavit.

Haec eo adduxi, quia in contrarium abeunt alii. *Caunum* amore *Byblidis* correptum, cum ea potiri nullo modo posset, terram illam deseruisse, tradit *Conon.* Idem ex *Nicaeneto Parthenius*, quamquam hic addit, plures tradidisse, *Biblida Cauni* amore flagrasse.

Εἴχετο χαλεπωτέρῳ δαίμονι,] Hanc aliasque ejusdem fere generis locutiones egregie, ut solet, illustrat *Hemsterhus.* Praefat. ad *Lucian.* p. 32.

Καταβαλεῖν ἐκ τῆς πέτρας ἑαυτήν.] Assiduo moerore & fletu fatigatam concidisse ait *Lactantius*, nec secus *Ovidius* d. l. Nexo de zona laqueo e nu-

καὶ ἡ μὲν εἰς τὸ πλησίον ὄρος παρελθοῦσα ῥίπτειν ἑαυτὴν ἐπεχείρησε. νύμφαι δὲ κατέσχον οἰκτείρασαι, καὶ πολὺν ὕπνον ἐνέβαλον, καὶ αὐτὴν ἤλλαξαν ἀπ᾽ ἀνθρώπων εἰς δαίμονα, καὶ ὠνόμασαν Ἁμαδρυάδα νύμφην Βιβλίδα, καὶ ἐποιήσαντο συνδίαιτον ἑταιρίδα· καλεῖται δὲ καὶ τὸ ῥέον ἐκ τῆς πέτρας ἐκείνης ἄχρι νῦν παρὰ τοῖς ἐπιχωρίοις, δάκρυον Βιβλίδος.

ce se ipsam suspendisse, *Conon.* Alligato ad quercum balteo collum innexuisse, ex aliis *Parthenius.*

Νύμφαι αὐτὴν ἤλλαξαν ἀπ᾽ ἀνθρώπων εἰς δαίμονα,] Hac de re nihil a ii, nisi quod *Ovid.* vs. 651. ei humi jacenti opem ferre enisas fuisse *Nymphas* refert. Lectio non est sollicitanda, *Parthen.* c. ult. Ἐξ ἀνθρώπων ἀπηλλάγη. Infra Cap. 33. Μετὰ τὸν Ἡρακλέους ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισμόν.

Πολὺν ὕπνον] Male πολὴν ediderant. MUNCK.

Ἤλλαξαν ἀπ᾽ ἀνθρώπων] An ἀπ᾽ ἀνθρώπου? Cap. 39. ἐποίησεν ἐξ ἀνθρώπου λίθον. Nisi hoc dictum, ut ἀφανισθῆναι ἐξ ἀνθρώπων. C. 33. MUNCK Ἀπ᾽ ἀνθρώπου praeferendum. *Theocrit.*

ΜΕΣ-

dare: ac ad proximum digressa montem, adorta est sese praecipitare. Nymphae autem misertae eam detinuerunt: multoque incusso somno, de mortali immortalem redegerunt, Biblidem nympham Hamadryadem nominantes: inque suum sodalitium & contubernium adsciverunt. Liquor qui e saxo illo destillat, in hunc usque diem ab incolis appellatur lacruma Biblidis.

crit. Eidyll. XV. 106. ex emendatione Cl. *Valckenarii:* τὺ μὲν ἀθανάταν ἀπὸ θνατᾶς Ἀνθρώπω, ὡς μῦθος, ἐποίησας Βερενίκαν.

Καλεῖται δὲ τὸ ῥέον ἐκ τῆς πέτρας... δάκ νον Βιβλίδος.] *Lactant. Nympharum Lelegeïdum misericordia exspirantis lacrymae in fontem conversae sunt, qui dominae nomine est insignis. Ovid.* d.l.

Sic lacrymis consumta suis Phoebeïa Byblis
Vertitur in fontem, qui nunc quoque vallibus illis
Nomen habet dominae, nigraque sub ilice manat.

Conon: κλαιούσης αὐτῆς ἐῤῥύη τὰ δάκρυα, καὶ κρήνην ἀνῆκε, Βυβλίδα τοῖς ἐπιχωρίοις ὄνομα. *Parthen.* φασὶ δέ τινες, καὶ ἀπὸ τῶν δακρύων, κρήνην ῥυῆναι ἰδίᾳ, τὴν καλουμένην Βυβλίδα.

ΜΕΣΣΑΠΙΟΙ. λά.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος ἑτεροιουμένων β'.

Λυκάονος τοῦ αὐτόχθονος ἐγένοντο παῖδες Ἰάπυξ, καὶ Δαύνιος, καὶ Πευκέτιος· οὗτοι λαὸν ἀθροίσαντες, ἀφίκοντο τῆς Ἰταλίας παρὰ τὸν Ἀδρίαν· ἐξελάσαντες δὲ τοὺς ἐνταυθοῖ οἰκοῦντας Αὔσονας, αὐτοὶ καθι-

Λυκάονος τοῦ Αὐτόχθονος ἐγένοντο παῖδες Ἰάπυξ, καὶ Δαύνιος, καὶ Πευκέτιος.] Αὐτόχθονες, quos Romani *Aborigines* vocant, γένος, ut aït *Dionyſ. Halicarn.* L. I. *Ant. R.* c. X. καθ' ἑαυτοῦ γενόμενον. Hoc *Antonino* additum, ut vetuſtiora reſpicerentur tempora, & ad eum *Lycaonem*, qui *Pelasgi* filius, ſaevitia in hominibus, quos hospitibus apponebat, mactandis deteſtandus, a *Jove* in lupum converſus vulgo creditur, iisque adnumeratus, quorum ob facinora diluvium illud *Ogygium* fuerit immiſſum. Hoc ut colligam, facit *Peucetius*, qui uti ab *Antonino*, ita & ab *Apollodoro* L. III. c. VIII. ejus filiis accenſetur, quos ſex & viginti nomine recenſet *Pauſanias* in *Arcad.* c. 3. Quinquaginta *Apollodorus* d. l. Sed hoc in numero, ſi utrumque ſcriptorem conferas, octo tantum nomina conveniunt. At nusquam apparent *Daunius* & *Japyx*, ut mirer Cl. *Burmanni*, qui ex hoc *Antonini* loco ad *Ovid.* L. XIV. vſ. 515. pro vitioſa nominis varietate, *Peucetiosque ſinus* acute repoſuerit, induſtriam effugiſſe, nec *Daunium* neque *Japygem* quidquam ad *Lycaona*, cujus tamen filios *Antonini* fide ſtatuit. *Lycaon* fuit *Arcas*, *Arcades* ejus filii. Id quod de *Daunio* dici non poteſt. *Feſtus: Daunia appellatur a Dauno Illyricae gentis claro viro. Plin.* Lib. III. c. II. *Hinc Apulia Daunorum cognomine a Duce Diomedis ſocero.* (Vid. *Caſaub.* ad *Strab.* 242.) Qui, ut alii, *Pilumni* & *Danaes* filius perhibetur. Quamquam & *Feſtus* & *Plinius* veritati propius abſunt. Veroſimilius enim *Dauniam* a *Daunio* vel potius *Dauno* rege dictam fuiſſe, qui, quod ſibi

XXXI. MESSAPII.

Refert Nicander Lib. II. Alteratorum.

Lycaon, is qui non aliunde migrasse, sed eo ipso quem incoleret loco editus ferebatur (quos Graeci Autochthonas nominant) filios habuit, Iapygem, Daunium, & Peucetium. Hi collecta hominum multitudine, ad Italiae Adriam venerunt: pulsisque Ausonibus, qui tum ibi habitabant,

sibi adversus *Messapios* opem tulisset, *Diomedi* post *Aegialeam* ob adulterium rejectam, filiam in matrimonio collocavit, atque adeo ejus socer *Plinio* recte dicitur. Late haec narrat *Antoninus* mox c. XXXVII. *Japyx*, unde *Japyges* & *Japygia*, *Daedali* ex *Cressa* muliere filius dicitur eidem *Straboni*, 279. confirmat *Solinus* c. VIII. *Quis ignorat*, *Japygas ab Japyge Daedali filio*, *conditos?* atque adeo non *Arcas*, sed *Cretensis* hic fuit, quemadmodum eum *Cretensium* quoque ductorem diserte facit *Strabo*, d. l. *Japyx* & *Daunus* unus idemque dicitur *Ciofan.* ad *Ovid.* d. l. vs. 458. & sane hic illud videtur indigitare: *sub Japyge maxima Dauno moenia condiderat* vers. 510. *Japygis arida Dauni arva. Lactant.* ibi: *Qui sub Dauno Japygiae rege domicilium posuisset.* Et, si *Dionysio* auscultamus, locus ille, ubi *Peucetius* in *Italiam* delatus consedit, antea jam ab *Japyge*, qui ergo *Peucetio* antiquior fuit, nomen acceperat. Ut forsan ad alterum *Lycaona* descendendum sit, sive is *Priami*, ut *Strabo* L. XIII. 585. narrat, sive alterius filius fuerit. Certe de hoc latius agit *Halicarnassensis*, eique tribuit id, quod suo *Antoninus*. Praeterea quod omnes *Lycaonis* prioris filii, simul pater in lupum converteretur, a *Jove* perierunt, atque adeo in his, etiam *Peucetius*, ejusdem facinoris affines, excepto *Nyctimo*, qui Patri successit, narrante hoc *Apollodoro* d. l. Ut tempora inter se longe diversa enarret *Antoninus*. Quamquam & alteri *Lycaoni* filius fuisse potest, etiam *Peucetii* nomine.

Ὡς

καθιδρύθησαν· ἦν δὲ τὸ πλέον αὐτοῖς τῆς στρατιᾶς ἔποικον, Ἰλλυριοὶ, Μεσσάπιοι· ἐπεὶ δὲ τὸν στρατὸν ἅμα καὶ τὴν γῆν ἐμέρισαν τριχῇ, καὶ ὠνόμασαν ὡς ἑκάστοις ἡγεμόνος εἶχε, Δαυνίους, καὶ Πευκετίους, καὶ Μεσσαπίους· τὸ μὲν ἀπὸ Τάραντος ἄχρι πρὸς τὴν ἐσχατιὰν τῆς Ἰταλίας ἐγένετο Μεσσαπίων, ἐν ᾗ πόλις ᾤκηται Βρεντέσιον. τὸ δὲ παρὰ τὴν ἐντὸς τοῦ Τάραντος ἐγένετο Πευκετίων· ἐνδοτέρω δὲ τούτου τῆς θαλάσ-

Ὡς ἑκάστοις ἡγεμόνος εἶχε,] Subaudi τὸ ὄνομα. Eodem redit, si scribas, ἑκάστου ἡγεμόνος. *Sophocl. Aj. Flag.* vs. 1068. ἀλλ' ἐᾶν ὡς ἔχει. Interpres: *Sed sinas ita, ut est.* MUNCK.

Ἀπὸ Τάραντος] *Tarentum* a *Strabone*, *Pausania*, & in nummis antiquis *Taras* dicitur. MUNCK.

Ἐν ᾗ πόλις ᾤκηται] Ὤκισται legendum conjicit *Munckerus*. Et ubique fere illud οἰκεῖν, quando accusativo junctum apud scriptores occurrit, in οἰκίζειν mutant Viri D. Vid. ad *Aelian.* de *Anim.* Lib. XI. c 16. ad *H. V.* L. VIII. c. 5. ad *Herod.* L. VII. p. 585 Alii alibi. Accusativum admittunt nonnulli, quando *administrandi* vim obtinet, negant, si simpliciter *degere* vel *habitare* in loco significat. Differentia inter οἰκέω & οἰκίζω tyronibus nota, nec dubito, quin posterius reponendum sit, quotiescunque *condendi*, *instaurandique* notione occurrat. Ubique tamen non mutem, quandoquidem ipsi scriptores eam differentiam sollicite non observarunt, quod de κομάω & κομίζω hic animadvertit *Munckerus*. *Aelian. V. H.* d. l. Οἱ δὲ ᾤκησαν τὴν Νάξον, quod minime in ᾤκισαν mutandum; nam aliis in locis, ubi ea mutatio admitti potest, juvant Codd. Uti nec L. IX. c. 7. Τὴν Ἰταλίαν ᾤκησαν πρῶτοι Αὔσονες, & paullo post ὅτι τὴν Ἰταλίαν φασὶν οἰκῆσαι ἔθνη πάμπολλα. Prior certe locus controversia major est; nam ipso confitente *Perizonio*, nec condiderant *Naxum*, neque instauraverant, sed inhabitabant. *Lucian.* in *Vit. Auct.* T. I. p. 549. Τὴν πατρῴαν οἰκίαν ἀπολιπεῖν, ἢ Τάφον οἰκήσεις cet. Sic χωρία δύσπορα οἰκεῖν dixit *Arrian.* de *Exp. Al.* Lib. I. c. 7. Πόλιν μεγάλην οἰκοῦσι. ibid. c. 28. *Antonin.* infra C. XXXII. Οἱ δὲ Ἡρακλεῖδαι. . . . ᾤκησαν τὴν Τετράπολιν τῆς Ἀττικῆς. Et ut hic, passive *Homer Il.* Δ. vs. 18.

Ἤτοι μὲν οἰκέοιτο πόλις Πριάμοιο ἄνακτος.

Sed

bant, ipſi ſedes poſuerunt. Major pars exercitus eorum conſtiterat ex advenis, Illyricis atque Meſſapiis. Itaque cum & exercitum & agrum in tres diviſiſſent partes, eisque de nominibus ducum nomina feciſſent Dauniorum, Peucetiorum, & Meſſapiorum: quod a Tarento erat regionis usque ad extrema Italiae, Meſſapiis obtigit, in qua conditum eſt Brunduſium: quod autem juxta * intra Tarentum, Peucetiis. Interius his mare navigabant Daunii. To-

Sed praeterea hoc loco nec ᾤκηται mutarem in ᾤκισται, nec verterem, *conditum eſt.* Verum, qua ſignificatione gaudet paſſivum, *jacet*, *ſitum eſt.* *Arrian.* L. IV. c. 25. Ταύτην μὲν τὴν πόλιν, ὅτι ἐν ἐπικαίρῳ χωρίῳ ἐδόκει ᾠκεῖσθαι. & c. 28. Πόλιν, ἡ ξύνεγγυς τῆς πέτρας τῆς Ἀόρνου ᾤκεῖτο.

Ὤκηται] An ᾤκισται? *Apollod.* tamen L. I. ἐκ Θεσσαλίας Αἰολέας ἀγαγὼν ᾤκησεν Ἦλιν. Sed & ibi ᾤκισεν mallet *Fab.* quod probo. L. II. p. 78. γεννᾷ Τάφιον, ὃς ᾤκισε Τάφον. *Eurip. Hecub.* vſ. 2. ἵν' ᾍδης χωρὶς ᾤκισται θεῶν. Vide *Thom. Magiſtrum* in voce οἰκῶ. Idem, quod heic, vitium occurrit in *Schol.* ad *Eurip. Oreſt.* vſ. 934. μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ὑπὸ ὄρεσιν οἰκούντων τῶν Ἀργείων, πρῶτος αὐτοὺς συνῴκησεν Ἴναχος. leg. συνῴκισεν. Aliud οἰκέω, aliud οἰκίζω. Sed κοιμάω interdum idem, quod κοιμίζω. III. Reg. c. XVII. vſ. 19. ἐκοίμησεν αὐτὸν ἐπὶ κλίνης. *Apollod.* L. I. p. 51. Τὸν φυλάσσοντα δράκοντα κατακοιμήσασα. Vereor ne fruſtra corrigat *Faber*, κατακοιμίσασα. MUNCK.

Τὸ δὲ ἐνδοτέρω τὴν ἐντὸς τοῦ Τάραντος] Locum ſanum eſſe pronunciant in Edit. *Leidenſi*, ſi ἐκτὸς pro ἐντὸς reponatur. Nihil quod dicam habeo, niſi illud vetus N. L. Suſpicor tamen poſt τὸ Τάραντος excidiſſe θάλασσαν. Inſpice *Geographorum* mappas. MUNCK.

Ἐνδοτέρω] *Gloſſae Steph. citerius*, ἐνδοτέρω. *ciſci*, ἐντός. leg. *cis. Gloſſ. Cyrill.* ἐντὸς, *cis*, *intra*, *intro.* MUNCK.

Τῆς θαλάσσης] Videtur ſcribendum: Τῇ θαλάσσῃ. Πλεῖν θαλάσσης dici forte poſſit, ut οἰκεῖν γῆς c. 4. Subaudito ἐπὶ. Sed ἐπιπλεῖν θαλάσσης non ſatis concoquo. MUNCK.

Τῆς θαλάσσης ἐπέπλεον] Hanc locutionem non ſatis concoquit *Munckerus*, ſed, ſi dici forte poſſit, ut aït, πλεῖν θαλάσσης, ut οἰκεῖν γῆς, pro πλεῖν ἐπὶ θαλάσσης, cur dici etiam non poteſt θαλάσ-

λάσσης ἐπέπλεον Δαύνιοι· τὸ δὲ σύμπαν ἔθνος ὠνόμασαν Ἰαπύγων· καὶ ἐγένετο ταῦτα πολὺ πρὸ τῆς Ἡρακλέους στρατείας· ἦν δὲ τοῖς τότε βίος ἀπὸ θρεμμάτων καὶ νομῆς· μυθολογοῦσιν οὖν ἐν τῇ Μεσσαπίων γῇ παρὰ τὰς λεγομένας ἱερὰς πέτρας φανῆναι νύμφας Ἐπιμηλίδας χορευούσας. τοὺς δὲ παῖ-

σης ἐπιπλεῖν? Solet *Antoninus* praepoſitionem nomini detractam verbo addere: C. XXXIII. Ἐξελάσαι αὐτοὺς τῆς πατρίδος. XXXVII. Ἐδεήθη τὸν πόλεμον αὐτῷ συμπολεμῆσαι. XXXIX. Ἀπὸ Τεύκρου τοῦ ξυνελόντος Ἴλιον Ἀγαμέμνονι. c. XLI. Αὐτῷ συστρατεῦσαι, & mox: Εἰ μὴ αὐτοῖς συνεξέλοι. *Berkelius* omnem ellipticam locutionem in *Antonino* reſpuens, ut *Munckero* obloquatur, quamquam mox, quod mireris, in ὁ δὲ τόπος ὀνομάζεται νυμφῶν τε καὶ παίδων ellipſin quaerit, reſcribendum contendit: τὴν θάλασσαν ἐπέπλεον, quia ſic loquitur *Homerus*: ſed, ut ego opinor, alia notione. Quid, quaeſo, *mare Daunii navigabant*? Regionem in tres partes diviſerant, ut deſcribit auctor, ſed ita, uti interpretor, ut *Dauniis* ea pars obtigerit, in qua *imperium maris tenerent*, vel ut *Nepotis* utar verbis, *mari potentes eſſent*. *Arrian*. L. II. c. 17. Πλεόντων ἡμῶν τὴν θάλασσαν, *nobis imperium maris tenentibus*. Cum altero verbo Eidem: ἐφ' ἧς (πεντηκοντόρου) Πρωτέας Ἀνδρονίκου ἐπέπλει, *cui praefectus erat Proteas* cet. Plena igitur & ſana locutio hac ſignificatione: Ἐπὶ τῆς θαλάσσης ἐπέπλεον. *Cluverius Berkelio* cit vertit: *ultra hos Daunii ſedes fixerunt*, ſed tum *ſuperato mari*, vel ſimile quid, addendum erat. Sed totum locum refingit (in *Ital. Ant.* p. 1209.) Τὸ μὲν ἀπὸ Τάραντος ἄχρι πρὸς τὴν ἐσχατιὰν τῆς Ἰταλίας, ἐγένετο Μεσσαπίων. ἐν ᾗ πόλις Βρεντέσιον. (deleto ᾤκηται.) τὸ δὲ παρὰ τὴν ἐκτὸς τοῦ Τάραντος, ἐγένετο Πευκετίων. ἐνδοτέρω δὲ τούτου τῆς θαλάσσης ἐπέπλεον Δαύνιοι. *Quod a Tarento erat usque ad extima Italiae, Meſſapiis obtigit: ubi eſt Brundiſium. quod ultra Tarentum erat, Peucetiis. Ultra hos Daunii ſedeis fixerunt*. In aliis *Xylandro* melius, in aliis etiam deterius. Certe ᾤκηται & θαλάσσης ἐπέπλεον, quomodo verteret, vix ſe expedire potuit, neque, opinor, ἐκτὸς & ἐνδοτέρω utrumque ſignificat *ultra*. Ut *Berkelio* parum praeſidii hinc accedat; nam, quod τὸ σύμπαν ἔθνος ὠνόμασαν Ἰάπυγας pro Ἰαπύγων legat idem *Cluverius*, nihili eſt. Integritatem hujus loci mox vindicabit *Munckerus* ad verba: Ὁ δὲ τόπος ὀνομάζεται Νυμφῶν τε καὶ παίδων. Illa τὸ δὲ παρὰ τὴν ἐκ-

τὸς

Totam autem gentem vocarunt Iapyges. Gesta haec sunt multo ante Herculis expeditionem tempore. Vivebatur ea aetate pecoribus & pascuis. Fabulantur ergo, in Messapiorum terra, ad locum cui Sacra saxa nomen, apparuisse nymphas Epimelidas, cho-

τὸς cet. se offendisse, inque eorum explicatione non admodum sibi satisfacere indicat *Munckerus Heinsio*, Tom. V. *Syll. Epist.* pag. 355. & vellem viro Nob. *Antoninus* tum ad manum fuisset, quod respondens negat, ut lucem aliquam loco affudisset. Me non minus offendunt ἐνδοτέρω δὲ τούτου.

Ἐπέπλεον] Satis hoc sanum mihi videtur. Mare illud navibus invadebant, & usum ejus sibi sumebant. *Florus*, quamquam de hostili invasione, Lib. III. c. 6. *Cilices invaserant maria.* Quomodo Poëticum heic verbum ἔπελον locum habere possit, non video: ἔπλεον tolerabile est. MUNCK.

Ἐπιμηλίδας] Ut a δρῦς *Nymphae* dictae sunt *Dryades* & *Hamadryades*, ita a μηλὶς *pomus*, *Epimelides* & *Hamamelides* dictas voluere nonnulli. Verum *Scholiastes Homeri* a μῆλον *ovis* cum *Servio* dictas eas censet, cum aït ad *Iliad* Υ. vs. 8. Αἱ τὰ ἄλση κατοικοῦσαι Νύμφαι ἀλσηΐτιδες καλοῦν). αἱ δὲ ἐπὶ τῶν δένδρων ἁμαδρυάδες. αἱ δὲ τὰ νάματα τῶν ὑδάτων, ναΐδες, καὶ ὑδριάδες. καὶ τούτων αἱ μὲν κρηνίδες, αἱ δὲ ἐπιποταμίδες. αἱ δὲ τῶν βοσκημάτων Ἐπιμηλίδες. αἱ δὲ ἐπὶ τῶν ὀρῶν, ὀρεστιάδες, καὶ ὅσαι ταύταις ὅμοιαι. ὁμοίως δὲ ἐπὶ τῶν ἑλῶν ἑλιονώμοι. Leg. ἑλειονόμοι. Advertit me, quod fluentorum *Nymphas Hydriadas* vocat; atque adeo suspicor in loco *Isidori* (L. VIII. *Orig.* c. II.) pro *fontium*, *Hamadryades*, reponendum esse, *fontium*, *Hydriades*. Certe aptius, imo verius foret. MUNCK. Vel, ut *Syllabarum* numerus staret, apud *Isidorum* legi posset *Ephydriades*, nam eaedem, atque *Hydriades*. Vid. *Behotii Apophor.* Lib. II. c. I. *Epimelidum* vero non ita frequens mentio fit. Earum meminit *Pausan.* in *Arcad.* c. 4. *Galeo* etiam citatus, sed scribit Ἐπιμηλιάδας; ut Κρηνίδες & Κρηνιάδες, Ἑλικωνίδες & Ἑλικωνιάδες. Vid. *Toupii Cur. Post.* in *Theocritum*, p. 2. Has autem Ἐπιμηλίδας & Δρυάδας ab *Arcadibus* ita dictas aït, quas alii vocabant *Naïadas*. Sed si *Naïadum* & *Hydriadum* originem ἀπὸ τῶν ναμάτων τῶν ὑδάτων cum *Homeri Scholiaste* deducimus, quid hae ad *Dryadas*, aut *Epimeli-*

παῖδας τῶν Μεσσαπίων, καταλιπόντας τὰ ποίμνια καὶ θεωμένους, εἰπεῖν, ὅτι βέλτιον αὐτοὶ χορεύουσιν· οὗτος ὁ λόγος ἤλγυνε τὰς νύμφας, καὶ τὸ νεῖκος ἐπὶ πλέον ἐγένετο περὶ τῆς χορείας· οἱ δὲ παῖδες, ὅτι μὲν ἦν αὐτοῖς ἅμιλλα πρὸς δαίμονας, ἠγνόουν· ἐχόρευον δ᾽ οἷα πρὸς ὁμήλικας θνητάς, καὶ ὁ τρόπος αὐτοῖς τῆς ὀρχήσεως, ἅτε ποιμένων, ἄμουσος ἦν· ταῖς δὲ νύμφαις πᾶν ὅσον ἢ πλεῖστον ἐπέδωκεν εἰς κάλλος· καὶ ἐπεκράτησαν χορεύουσαι τῶν παίδων, καὶ ἔλεγον πρὸς αὐτοὺς τάδε· ὦ κοῦροι, τὸ νεῖκος ἤρασθε πρὸς Ἐπιμηλίδας νύμφας, τοιγαροῦν ὦ ἄφρονες νικώμενοι δώσετε δίκην· καὶ οἱ παῖδες ἵναπερ ἑστήκεσαν παρὰ τὸ ἱερὸν τῶν νυμφῶν, ἐγένοντο δένδρα· καὶ ἔτι νῦν ἀκούεται φωνὴ νύκτωρ ἐκ τῆς ὕλης, οἷα θρηνούντων· ὁ δὲ τόπος ὀνομάζεται νυμφῶν τε καὶ παίδων.

melidas, sive ab arboribus seu pecoribus nomen sortitas? Forsan *Pausanias* voluit: Δρυάδας γὰρ δὴ καὶ Ἐπιμηλιάδας τὰς ἑαυτῶν ἐκάλουν Ναπαίας pro Ναΐδας. *Napaeae* saltuum & convallium *Nymphae*, uti *Dryades* Sylvarum, atque adeo non ita diversae, & *Epimelides* ab *Hesiodo Oreadibus* & *Hamadryasin* junguntur, nisi statuamus, *Pausaniam* voluisse *Arcadas* in genere *Nymphas* vocasse vel *Dryadas* vel *Epimelidas*; nam ita *Hamadryades* nonnumquam de quibusvis *Nymphis*. Ceterum *Suidas* cum Nostro facit. Ἐπιμηλίδες, Νύμφαι. Et has easdem esse, quae aliis *Meliades* & *Meliae* dicuntur, existimat *Gyraldus* p. 176. Vid. & p. 174. & *Natal. Com.* Lib. V. c. 12. Sed de his plura dabit, & Eruditorum voto satisfaciet Magnus *Valckenarius* ad *Theocritum*, cujus novam Editionem jamjam editurus est.

Πᾶν ὅσον ἢ πλεῖστον] Quid illud ἢ heic denotat? Scribo ἦ. Imperfectum hoc ab εἰμί. Πᾶν ὅσον ἦ pro σύμπαντα eleganter dicitur. Alias omitti solet verbum substantivum, ut μύριοι ὅσοι, μύρια ὅσα. vid. *Vigerum* de *Idiotism. Ling. Graec.* cap. 3. Sect. 10. Perperam haec vocula etiam exarata in *Hesychii Lexico*:

choros ducentes, pueros autem Meſſapiorum, relictis gregibus cum ſpectaſſent choreas, dixiſſe, ipſos melius callere rationem choros ducendi. Fuit is ſermo nymphis moleſtus, certatumque de praeſtantia choreas ducendi inter partes aliquandiu: cum quidem pueri ſibi cum divis eſſe certamen ignorarent, & ſe cum aequalibus mortalibus foeminis contendere opinarentur. Erat puerorum ſaltandi modus ruſticus, utpote paſtorum: at nymphis omnia ad elegantiam ſubinde accreverunt. Victisque pueris, ita eos compellaverunt: Provocaſtis, pueri, nymphas Epimelides: Ergo vaecordes, victi dabitis poenas. Puerique eo quo conſtiterant loco, ad nympharum fanum, in arbores ſunt mutati: hodieque exauditur vox noctu ex ſylva veluti ejulantium. Loco nomen eſt nympharum & puerorum.

ἢ θέμις, ὡς δεῖ, ὡς δίκαιον. leg. ᾗ θέμις. Pariter peccatum in οὗ. Σημαίνει δὲ, inquit, καὶ ὅπου, καὶ ἔνθα τὸ οὗ. Scrib. οὗ, & refer ad οὗ δασυνόμενον, quod proxime ſequitur. Ridiculum dicam, an miſerabile, quod mox non *Heſychius* ſane. ſed Librarius ſubjunxit: οὐαί, φυλαί. Emenda φεῦ, αἴ. MUNCK.

Νεῖκος ἤρατο] *Apollod.* L. II. p. 75. Νηρηΐσιν ἤρισε περὶ κάλλους. vid. not. ad c. 9. *Tatius*: πρὸς τὰ τοῦ λειμῶνος ἤρισαν ἄνθη. MUNCK.

Οὐκοῦν] Male diviſim ſcripſerant, οὐκ οὖν. MUNCK.

Ὁ δὲ τόπος ὀνομάζεται Νυμφῶν τε καὶ παίδων.] Ita ſuperius: ἔθνος ὠνόμασαν Ἰαπύγων. Ad utrumque genitivum ſubſtantiva ἔθνος & τόπος ſubaudienda arbitror. Defecta eſſe haec verba, & excidiſſe particulam ἀπὸ vel ἐπὶ cenſet vir Cl. (*Berkel.*) legitque, ὀνομάζεται ἀπὸ νυμφῶν τε &c. At nihil opus eſſe iſta praepoſitione pertendo. Senſus eſt, ὁ δὲ τόπος ὀνομάζεται νυμφῶν τε καὶ παίδων τόπος. *Geminus* in *Phaenom.* p. 45. Οἱ δὲ ἐν ἄκρᾳ τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ τοῦ Περσέως κείμενοι ἀστέρες Γοργόνιον καλεῖται. ſcil. ἀστέρες. *Schol. Theocrit. Idyll.* A. vſ.

123. Λυκαίου ὑπὸ τῷ Λυκαίῳ φησὶ χωρίῳ καλουμένῳ Καλλιστοῦς, εἰς ὃ ἐλθοῦσαν τὴν Λυκάονος θυγατέρα. Καλλιστὼ, ἄρκτον οὖσαν, ὑπὸ Ἑρμοῦ τραφῆναι. &c. Loquuntur ita & Latini interdum. *Nepos Agesil.* c. 8. *Cum venisset in portum, qui Menelai vocatur.* Auctor *Vitae Apollinaris* pag. 134. Ed. *Lat.* *Ad urbem, quae vocatur Ravennatum.* *Curt.* l. III. *Equus eximiae magnitudinis, quem solis appellabant.* *Lactant.* ad *Stat.* pag. 121. Ed. *Tilebr.*

Fon.

ΔΡΥΟΠΗ. λβ'.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος ἑτεροιουμένων α'.

Δρύοψ ἐγένετο Σπερχειοῦ παῖς τοῦ ποταμοῦ, καὶ Πολυδώρης μιᾶς τῶν Δαναοῦ θυγατέρων. οὗτος ἐβασί-

Δρύοψ ἐγένετο Σπερχειοῦ] *Dryopis* hujus genus parum constare dicit *Staveren.* ad *Hygin.* c. 90. Sed non vidit, plures *Dryopas* confundi, & *Schol. Apoll. Rhod.* in mendo cubare. Sic *Pherecydis* locum exhibet Lib. I. vs. 1213. Πολυδώρᾳ τῇ Δαναοῦ μίσγεται Πιωνειὸς ὁ ποταμός. Τῶν δὲ γίνεται Δρύοψ, ἀφ' οὗ Δρύοπες καλοῦνται. Ubi *Berkel.* recte emendat Σπερχειὸς ὁ ποταμός. Sequitur: οἰκοῦσι δὲ ἐπὶ τῷ Σπερχειῷ ποταμῷ. Alter itaque *Priami* & *Hecubae* filius, qui est apud *Apollod.* Lib. III. c. XI. 5. Idemque, qui *Drypon Hygino* d. l. dicitur, & *Dryops Dict. Cretensi* L. IV. 7. Alter denique, qui *Apollinis* filius. *Pausan. Messen.* c. 34. Παῖδα τὸν Δρύοπα Ἀπόλλωνος εἶναι λέγοντες, cet. *Schol. Lycophr.* ad vs. 480. ὁ δὲ Δρύοψ υἱὸς Ἀπόλλωνος καὶ Δίας τῆς Λυκάονος. Sed *Lycaoni Pelasgi* filio unica tantum filia fuit, nomine *Callisto.* *Pausan.* in *Arcad.* c. IV. Ἐπὶ δὲ τῷ γένει παντὶ τῷ ἄρσενι θυγάτηρ Λυκάονι ἐγένετο Καλλιστώ. Confirmat *Schol. Theocr. Idyll.* I. vs. 123. Alterius itaque *Lycaonis* filia, sed tum pro Δίας, quod e compendio natum suspicor, apud *Schol. Lycophr.* & alios legendum existimo Δηιανείρας. *Dionys. Halic.* Lib. I. c. XI. Τούτου δὲ Λυκάονος Δηιάνειρα θυγάτηρ. *Munckerus*

sua

Fontem efficit, qui Hippocrenes dicitur, fed ibi *Hippocrene* repofuerim. *Lactant. Argum. Ovid Met.* fab. 50 *Infulam Tiberis ingreffus eft, ibique fe occuluit: qui locus draconis vocatur. Vet. Interpr. Cant. Salom.* *Oculi tui columbarum.* fc. *oculi. Victor Illuftr. V.* c. 7. *unde illae foffae Quiritium funt dictae.* MUNCK. Ac fi haec parum, multo plura exempla iis fubjunxit *Staverenius* ad *Albr. Philof.* p. 911.

XXXII. DRYOPE.

Narrat Nicander Alteratorum primo.

Dryops Sperchii fluvii F. ex Polydora, una Danai filiarum, regnum obtinuit in Oeta: unicamque

fua auctoritate dedit Δρύωψ. Ceteri Δρυοψ, quomodo ex *Pherecyde* apud *Schol. Apoll. Rhod.* d. l. *Schol. Lycophr.* d. l. & *Etymol M.* Auctore fcribendum contendit *Berkelius*, unde & apud *Apollod.* L. III. c. XI. ubi etiam Δρύωψ, male legi cenfet.

Πολυδώρης] (*Ionice* pro Πολυδώρας dictum voluerat *Berkelius*) Sed quis dixit ei Πολυδώρη effe *Ionicum*? *Ioniffat* ergo etiam *Apollodorus* L. III. c. 12. Ego *Atticum* potius dixerim. *Etymol. M.* Auctor col. 32. ed. *Sylb.* Αἴθρα τὸ κοινόν, καὶ Ἀττικόν, Αἴθρη. Remanferint ifta & id genus alia ex *Ionismo* in *Attica Lingua.* Una enim *Attica* olim & *Ionica* dialectus, ut inter alios notavit & *Euftathius* ad *Dionyf.* p. 109. confirmant etiam ifta verba *Schol. Ariftoph.* in *Plut. Act.* III. Sc. 2. Ἀθάρα, μόνη ἡ σεμίδαλις. Ἀττικοὶ δὲ διὰ τοῦ η ἀθάρης, Αἰολεῖς ἀθήρας. ἡ δὲ κοινὴ διάλεκτος διὰ τοῦ α ἀθάρας. MUNCK. Viro Doctiff. refragatur *Koenius* ad *Corinth.* p. 251. ubi *Munckero* hic cum *Salmafio*, pro *Berkelio*, rem effe, exiftimat. Certum eft apud *Apollodorum* etiam duobus locis Πολυδώρη legi, fed toties iisdem locis Πολυδώρα diferte exhibet *Coll. D'Orvilliana.* Sed folet

 An-

ἐβασίλευσε ἐν τῇ Οἴτῃ, καὶ θυγάτηρ αὐτῷ μονογενὴς ἐγένετο Δρυόπη, καὶ ἐποίμαινεν αὐτὴ τὰ πρόβατα τοῦ πατρός· ἐπεὶ δὲ αὐτὴν ἠγάπησαν ὑπερφυῶς Ἀμαδρυάδες νύμφαι, καὶ ἐποιήσαντο συμπαίκτειραν ἑαυτῶν, ἐδίδαξαν ὑμνεῖν θεοὺς, καὶ χορεύειν· ταύτην ἰδὼν Ἀπόλλων χορεύουσαν, ἐπεθύμησε μιχθῆναι. καὶ ἐγένετο πρῶτα μὲν χελώνη· ἐπεὶ δ' ἡ Δρυόπη γέλωτα μετὰ τῶν νυμφῶν καὶ παίγνιον ἐποιήσατο τῆς χελώνης, καὶ αὐτὴν ἐνέθετο εἰς τοὺς κόλπους, μεταβαλὼν ἀντὶ τῆς χελώνης ἐγένετο δράκων, καὶ αὐτὴν κατέλειπον αἱ νύμφαι πτοηθεῖσαι· Ἀπόλλων δὲ Δρυόπῃ μίγνυται· ἡ δὲ ᾤχετο φεύγουσα περίφοβος εἰς τὰ οἰκία τοῦ πατρὸς, καὶ οὐδὲν ἔφασε πρὸς

Antoninus, quod in omnibus, qui aliorum opera in compendium redigunt, ſemper animadverti, & ſtylum & ipſa fere ſuorum ſcriptorum verba retinere. Alioquin ſibi minus eſſet conſtans. Supra C. XXI. Εἰδοθέας νύμφης. & C. XXX. Ἔγημεν Εἰδοθέην. Niſi quid Librariorum oſcitantiae inputandum, quandoquidem utroque capite ſolum *Nicandrum* ſecutus fuit. Supra tamen C. VII habet etiam Μεγανείρης. *Polydoram* autem, quam *Danai* filiam *Antoninus*, & *Schol. Apollon. Rhod.* L. I. vſ. 1213. faciunt, *Apollodorus* Lib III. c. XII. vocat *Pelei & Antigones*, & tamen, eamdem eſſe ex iis liquet, quae addit, eam *Boro Perieris* filio, h. e. *Sperchio*, nuptam fuiſſe, ut ſe explicat §. 4. Omnia vero haec hauſta ex *Homero Il.* II. vſ. 173.

> Τῆς μὲν ἴης στιχὸς ἦρχε Μενέσθιος αἰολοθώρηξ,
> Υἱὸς Σπερχειοῖο διϊπετέος ποταμοῖο.
> Τὸν τέκε Πηλῆος θυγάτηρ καλὴ Πολυδώρη,
> Σπερχειῷ ἀκάμαντι, γυνὴ θεῷ εὐνηθεῖσα.
> Αὐτὰρ ἐπίκλησιν Βώρῳ Περιήρεος υἷι.

Ubi alia ex aliis *Euſtathius*, & ad *Apollod.* p. 125 *Aegius*.

Δρυόπη] Haec *Antonino* dicitur μονογενὴς patris, atque adeo hic *Dryops* quoque diverſus eſt a *Dryope* ſupra C. IV. memo-

que habuit filiam Dryopen, quae patris greges pascebat. Sed cum eam summo opere amarent Hamadryades nymphae, suorumque locorum sociam adscivissent, docuissentque carminibus deos celebrare, & choros ducere: Apollo ea visa, concubitus cum ea ardor ipsum incessit. Itaque primum se in testudinem convertit: quam cum, ut rem ludicram, Dryope Nymphaeque tractarent, Dryope eam etiam in sinum conderet, de testudine Apollo in anguem transiit: itaque eam Nymphae territae deseruerunt, Apollo cum Dryopa rem habet. Ea autem metus plena in domum patris confugit, nihilque parentibus

morato, cui filius erat *Cragaleus* in *Dryopide* habitans: aut μονογενὴς ad filiam referendum, ut unicam hanc haberet filiam. Sed magna hic difficultas oboritur; nam de hac *Dryope* agere *Lactantium* & *Ovidium* L. IX. *Metam.* a vs. 324. eo liquet, quod illam prius ab *Apolline* amatam postea *Andraemoni* nupsisse, id quod hic etiam *Antoninus* persequitur, tradant: Et tamen uterque ei adjungunt sororem *Iolen*, sed ex altera matre natam dicit *Ovidius*, patrem vero non *Dryopen*, sed *Eurytum* facit iterum uterque. *Valerio Flacco* Lib. II. vs. 174. recensetur quoque *Dryope*, sed haec ab illa diversa videtur Cl. *Burmanno* ad *Ovid.* d. l. vs. 331.

Συμπαίκτριαν ἑαυτῶν,] Interpres: *suorum locorum sociam.* Scrib. *ludorum suorum.* Fraudem sine dubio viro Doctissimo typothetae fecerunt. MUNCK.

Παίγνιον ἐποιήσαντο τὴν χελώνην,] Hab. C. I. vs. 10. τύραννοι παίγνια αὐτοῦ. Noster c. 22. Τοῦτον οἱ παῖδες παίγνιον ἔχουσι. MUNCK.

Ἔφασε] Leg. ἔφασκε. *Achilles Tatius:* ὁ δὲ τοιοῦτος, ἔφασκε, τὸν ἀλεκτρυόνα φοβοῦμαι. *Dositheus Magister* Lib. III. δι' ὧν ἔφασκε πλείονας εἶναι δανειστάς. *Schol.* ad *Eurip. Phoen.* vs. 511. ἄλλως τε εἰ ἔφασκεν &c. Neque enim solet Δωρίζειν noster. Doricum est ἔφασα pro ἔφησα, ut in versiculis his a *Pindari Scholiaste* adductis

πρὸς τοὺς γάμους· ἐπεὶ δ' ἔγημεν αὐτὴν ὕστερον Ἀνδραίμων ὁ Ὀξύλου, γεννᾷ παῖδα ἐξ Ἀπόλλωνος Ἀμ-

ductis ad *Pyth.* *Od.* III. quos *Hesiodo* attribuit:

> Τῷ μὲν ἄρ' ἦλθε, κόραξ φράσε δ' ἄρα ἔργ' ἀΐδηλα
> Φοίβῳ ἀκερσεκόμῃ, ὅτ' ἄρ' Ἴσχυς ἔγημε Κόρωνιν
> Εἰλατίδης Φλεγύαο διογνήτοιο θύγατρα.

Cum *Apollod.* hic poëta *Ischyn Elati* filium facit, non *Ischum* vel *Ischyum*. Restitui hoc vocabulum *Hygino* c. 202. Et facit mecum *Pausanias* L. II. *Hyg. Astr.* L. II. c. 40. Ἔφασε *Doricum* facit Vir Cl. (*Berkel.*) Omnino autem legendum ἔφασκε. *Parthen. Erot.* c. 4. Ἡ δὲ συνιέναι μὲν ἔφασκεν εἰς τὸ παρόν. *Aelian. Var. Hist.* Lib. VI. c. 4. Οὐ δὲ ἔφασκεν ἀξιοῦν. *Laërtius* in *Aristotel.* pag. 311. Ed. *Casaub.* Τοὺς Ἀθηναίους ἔφασκεν εὑρηκέναι πυροὺς καὶ νόμους. *Schol. Hom. Odyss.* M. vs. 70. Ὁ δὲ ἔφασκεν χαίρειν αὐτόν. MUNCK. Quid si cum Cl. *Ruhnk.* ἔφρασε legamus? Supra C. XI. Ἀηδὼν δὲ φράσασα πρὸς cet.

Ἀνδραίμων ὁ Ὀξύλου.] In toto hoc libello nihil intricatius, quam hic locus, unde forsan tacite praetermissus a *Munckero*, id satius ducente, quam cum aliis errare. Et sane Dissertationi potius, quam notae accommodata est materies. *Andraemon Pylius*, qui *Colophonem* condidit, occurrit apud *Strabonem* L. XIV. p. 633. Hic nonnullis diversus habetur ab *Andraemone Codri* filio *Ionum* duce, de quo *Pausan.* in *Achaic.* C. III. Sed cui hos scriptores conferat, vix dubito, quin eumdem censeat. Alios ejusdem nominis plures fuisse statuo, ut e seqq. patebit, & quidem in una gente, a priore illo forsan longe diversa, quamquam & hinc magna oboritur difficultas, quisnam fuerit, ab *Antonino* descriptus. Nimirum *Oxyli* facit filium, nisi ὁ Ὀξύλου, ut alibi articulus ille nonnumquam designat, interpreteris: *Andraemon Oxyli pater*: ita enim diserte *Apollodorus* Lib. II. c. VIII. §. 3. Ὄξυλος τοῦ Ἀνδραίμονος. Unde lux affulget *Pausaniae* Lib. V. c. 3. Ὁ δὲ ἀνὴρ ἦν Ὄξυλος Αἵμονος τοῦ Θόαντος. qui locus alios in errorem adduxit, adeo ut *Galeus* ibi adnotet: *Andraemon ejus erat avus. Haemon, Thoas, Andraemon, qui ex Gorge Oenei fil. Thoantem genuit.* & Cl *Burmann.* ad *Ovid.* L. IX. *Metam.* vs. 331. dubitet, num e *Pausania* in *Scholiastae Pindari* loco *Olymp. Od.* III. vs 22. pro Ἀνδραίμονος reponendum sit Αἵμονος. Sed, quamquam timide a tantis viris dissentire soleo, quod tamen modeste licet, contra

bus ea de re indicavit. Post cum eam Andraemon Oxyli F. duxisset, puerum ex Apolline conceptum parit,

tra *Pausaniae* Ἀνδραίμονος restituendum opinor. Quemadmodum enim *Galeus* duos observat *Thoäntes*, sic duos minimum *Andraemonas* ego invenio, avum alterum, alterum nepotem; nam uti hoc nostra aetate receptum, sic priscis etiam temporibus obtinuisse, plura exempla loquuntur, quam ut in dubium quisquam vocet. Ipse *Pausanias*, qui locus neque *Burmannum* fugit, huic emendationi favet in seqq. Καὶ ἀδελφαὶ Θόαντι τῷ Ἀνδραίμονος, καὶ Ὕλλῳ τοῦ leg. τῷ Ἡρακλέους ἦσαν ἐν τιμῇ. Et eumdem esse *Oxylum*, quem describunt *Pausanias* & *Apollodorus*, atque adeo Ἀνδραίμονος esse legendum, eo liquet, quod uterque eamdem de illo narrent historiam. Uxorem vero *Andraemoni* tribuit *Antoninus*, *Dryopen Dryopis Sperchii* filii, & *Polydorae* unius *Danai* filiarum filiam, quod frustra apud alios quaeres. De *Dryope* ad C. IV. & paullo ante egimus. A *Dryope Apollinis* & *Lycaonis* filia nato *Dryopidem* & *Dryopas* nomen accepisse, testantur *Tzetz.* ad *Lycophr.* & *Etymol. M.* auctor e quibus recte eme dat *Berkelius Apollonii Rhodii Scholiasten*, pro τοῦ Ἀπόλλωνος & τῆς Λυκάονος, depravate τοῦ Λυκάονος & τῆς Λυκαονείας, legentem. Ab his dissentit *Stephanus Byzant.* *Dryopidem* dictam volens a *Dryope Eurypyli* filia. Parum refert a mare an a femina sortita fuerit nomen, nisi *Eurypyli* obstaret, quod in Εὐρύτου mutandum existimo. Hoc enim *Dryopes* patri tribuit non tantum *Lactantius*: *Dryope Euryti filia* .... *Andraemonis conjux* cet. Sed & *Ovid.* d. l. vs. 356.

> *At puer Amphissus (namque hoc avus Eurytus illi*
> *Addiderat nomen.)* &c.

Unde *Berkelii* error patet, qui poëtam *Eurytum* (avum maternum) pro *Oxylo Andraemonis* patre sumsisse hallucinetur. *Oxylus* enim *Amphissi*, non *Andraemonis*, sed *Apollinis* filii, avus dici non poterat. Ab *Antonino* proxime abest idem *Ovidius*:

> *notissima forma*
> *Oechalidum Dryope: quam virginitate carentem,*
> *Vimque Dei passam, Delphos Delonque tenentis,*
> *Excipit Andraemon, & habetur conjuge felix.*

Incertum tamen *Andraemon* num *Oxyli* filius an pater; nam, quod *Oxylum Aetoli* filium, qui *Andraemonis* erat, ab illo *Pindari Scholiaste* vocatum existimet Vir Cl. ad *Ovidium* d. l. in

Ἀμφισσον· Οὗτος ἐπεὶ τάχιστα ἠνδρώθη, ἀνὴρ ἐγένετο πάντων κράτιστος· καὶ ἔκτισε παρὰ τὴν Οἴτην πόλιν ὁμώνυμον τοῦ ὄρους, καὶ τῶν ἐκεῖ τόπων ἐβασίλευσεν· ἱδρύσατο δὲ καὶ Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἐν τῇ Δρυοπίδι, καὶ εἰς τοῦτο παροῦσαν τὸ ἱερὸν Δρυόπην ἥρπασαν Ἁμαδρυάδες νύμφαι κατ' εὐμένειαν· καὶ αὐτὴν μὲν ἀπέκρυψαν εἰς τὴν ὕλην· ἀντὶ δ' ἐκείνης αἴγειρον ἀνέφηναν ἐκ τῆς γῆς, καὶ παρὰ τὴν αἴγειρον ὕδωρ ἀνέρρηξαν· Δρυόπη δὲ μετέβαλε, καὶ ἀντὶ θνητῆς ἐγένετο νύμφη· Ἄμφισσος δὲ ἀντὶ τῆς πρὸς τὴν μητέρα χάριτος ἱερὸν ἱδρύσατο νυμφῶν, καὶ πρῶτος ἀγῶνα ἐπε-

in eo erravit. Verum est *Pausaniam Oxylo* e *Pieria* uxore natos tribuisse *Aetolum* & *Lajan*, sed addidit *Aetolum* mature obiisse: Προαποθανόντος δὲ Αἰτωλοῦ, θάπτουσιν αὐτὸν γονεῖς, unde natu minor *Lajas* patri in regnum successit. Verba *Scholiastae* sunt: Ἀπὸ Ὀξύλου· ὃς ἦν Αἰτωλοῦ τοῦ Ἀνδραίμονος, quod verterem *filius Andraemonis Aetoli* sive *Aetoliensis*, quod ad patriam referendum; nam sic *Pausanias* d. l. Συνεπεπτώκει δὲ τῷ Ὀξύλῳ φυγάδι ἐξ Αἰτωλίας εἶναι. *Aetolus* enim, a quo *Aetolia* fuit dicta, Ἐνδυμίωνος erat filius, Vid. *Pausan.* in *Eliac.* C. I. *Eustath.* ad *Dionys. Perieg.* vs. 431. & ad *Homer. Il.* N. vs. 210. Ipse *Scholiast. Pind.* Ὄξυλος γάρ τις ἐκ Αἰτωλῶν . . . Ἠλείαν ἡγεμονίαν λαμβάνει. Et hinc *Thoas Aetolus*, *Homer. Il.* Δ. vs. 527.

Τὸν δὲ Θόας Αἰτωλὸς ἐπεσσύμενος βάλε δουρί.

Il. O. vs. 281.

Τοῖσι δ' ἔπειτ' ἀγόρευε Θόας, Ἀνδραίμονος υἱός,
Αἰτωλῶν ὄχ' ἄριστος cet.

Existimarem tamen *Antoninum* innuisse *Andraemonem* primum, &, cui alii *Gorgen Oenei* filiam uxorem adjudicant, alterum fuisse, cui etiam regnum *Oenei* viribus confecti concessit *Diomedes*, narrante *Apollodoro* L. I. cap. VIII. §. 1. & §. 6. *Eustath.* ad *Iliad.* B. vs. 638. Αἰτωλῶν τεσσαράκοντα νῆες ἦσαν. ὧν Θόας ἡγεῖτο, υἱὸς Ἀνδραίμονος καὶ Γόργης τῆς Οἰνέως θυγατρός. *Aetolia* enim prius in duas divisa partes, quae circa *Calydonem* erat, tenebatur ab *Oeneo*, qui idcirco *Caly-*

parit, Amphissum. Hic cum virilem aetatem attigisset, omnibus praevaluit: urbemque ad Oetam condidit, monti isti cognominem, ibique regnavit. Posuit & Apollini in Dryopide regione templum: in quod cum se contulisset Dryope, Hamadryades benevolentia impulsae eam rapuerunt, & in sylva occultarunt, loco ejus alno excitata, ac pone alnum fonte. At Dryope, naturae mutatione de mortali facta est nympha. Amphissus, pro meritis Nympharum in matrem, templum ipsis condidit, pri-

lydoniae rex dicitur, *Pleuronia* vero *Agrii* erat, a quo, per *Thestium Oenei* socerum occupata ad *Oeneum* quoque accessit, unde de *Thoante Andraemonis* filio & *Oenei* ex *Gorge* nepote *Homerus Il.* N. vs. 216.

Ἀνδραίμονος υἷι Θόαντι,
Ὃς πάσῃ Πλευρῶνι καὶ αἰπεινῇ Καλυδῶνι,
Αἰτωλοῖσιν ἄνασσε, θεὸς δ᾽ ὣς τίετο δήμῳ.

Ubi *Andraemon*, de quo *Antoninus*, in terra *Dryopide* habitavit, & jam eumdem hic *Dryopem* innui censeo, de quo C. IV. egit *Liberalis*.

Παρεῖσαι] Si quis παρεῖσαν, *in quod ingressam*, malit, per me licet. Quamquam vulgata proba est, idemque significat. Παρεῖναι εἰς Ῥώμην sic dixit *Plutarchus*. Noster C. VIII. εἰ, ἥντινα παρέσοιται χώραν. Hinc παρουσία *adventus*. Et ne de Participii usu dubites, *Aesch. Budaeo* inter alios cit. de *Fals. Legat.* p. m. 260. Σ[illegible] θο[illegible] εἰς ταυτὸν καὶ Φίλιππον ἐκ Θρᾴκης παρόντα καταληφθ[illegible]. *Lucian.* T. I. p 471. Ἐμοὶ δοκεῖν ἔκ τινος πολέμου παρόντες.

Ἀντὶ δὲ ἐκείνης αἴγειρον ἀνέφηναν . . . ἐγένετο νυμφή.] *Lactant.* & *Ovid* uti per totam fabulam nonnihil ab *Antonino* differunt, ita hîc *Dryopen* in *Lotum*, quia ejus arboris, in quam *Nympha Lotis* mutata fuerat, ramum, vel flores, ut filium delectaret, decerpserat, conversam, referunt. V. d. d. l. l.

ἐπετέλεσε δρόμου. καὶ ἔτι νῦν οἱ ἐπιχώριοι τὸν ἀγῶνα διαφυλάσσουσι τοῦτον· γυναικὶ δ' οὐχ ὅσιον παρατυχεῖν, ὅτι Δρυόπην ἀφανισθεῖσαν ὑπὸ νυμφῶν δύο παρθένοι τοῖς ἐπιχωρίοις ἐδήλωσαν, πρὸς ἃς ἐχαλέπηναν αἱ νύμφαι, καὶ αὐτὰς ἀντὶ παρθένων ἐλάτας ἐποίησαν.

ΑΛΚΜΗΝΗ. λγ'.

Ἱστορεῖ Φερεκύδης.

Μετὰ τὸν Ἡρακλέους ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισμὸν, Εὐρυσθεὺς ἐξελάσας αὐτοὺς τῆς πατρίδος, αὐτὸς ἐβασίλευεν· οἱ δὲ Ἡρακλεῖδαι καταφυγόντες πρὸς Δημοφῶντα τὸν Θησέως, ᾤκησαν τὴν Τετράπολιν τῆς Ἀττι-

Μετὰ τὸν Ἡρακλέους ἐξ ἀνθρ. ἀφαν.,] *Apollod.* in eadem historia, L. II. c. VIII. Μεταστάντος δὲ Ἡρακλέους εἰς θεούς.

Εὐρυσθεὺς] Hic *Mycenarum* rex fuit, &c, ut *Apollod.* d. l. dicit, *Stheneli* & *Nicippes* filius; quod ad *Hom. Il.* T. 118. vindicat *Barnesius*, rectene dubitat *Wesseling. Probabil.* C VII. pag. 66. quum p. praec. verum matris nomen, quod habet *Tzetzes Chiliad.* II. 36. credat esse Ἀρχίππην, quae antiquo *Homeri* enarratori Λευκίππη dicitur. *Astydamiam* vero *Schol. Thucyd.* L. I. c. 9. vocari, animadvertit *Staveren* ad *Hyg.* C. XXX. ubi illa quoque e *Wesselingio* profert.

Ἐξελάσας αὐτοὺς] Vereor ne scripserit auctor τοὺς ἀπογόνους vel παῖδας αὐτοῦ. *Apollod.* L. II. sub finem: μεταστάντος δ' Ἡρακλέους εἰς θεοὺς, οἱ παῖδες αὐτοῦ φυγόντες Εὐρυσθέα πρὸς Κήϋκα παρεγένοντο. Sed minori mutatione aeque bene legas, τοὺς αὐτοῦ. *Apollod.* ejus-

primusque curſus certamen confecit: quod incolae hoc quoque noſtro tempore curant. Mulierem eo accedere nefas eſt, quod Dryopen a Nymphis ſublatam duae virgines incolis indicarunt: quas indignatione motae Nymphae in abietes mutarunt.

XXXIII. ALCMENA.

Ex Pherecyde haec narratio deſumpta eſt.

Herculis poſteros, ipſo e mortalibus ſublato, patria expulit, ac ſibi regnum ſumſit Euryſtheus. Illi ad Demophontem Theſei F. profugi, habitave-runt

jusdem Libri pag. 123. κατῆγε τοὺς Ἡρακλέους εἰς Πελοπόννησον. MUNCK. An & hic legendum ἄτους? Nihil praecedit, quo αὐτοὺς referas. Num vero αὐτοὶ hic *cives*, *viri*, ut apud *Thucyd.* L. V. c. 82. Καὶ οἱ μὲν Ἀργεῖοι πανδημεὶ, καὶ αὐτοὶ, καὶ γυναῖκες, καὶ οἰκέται ἐτείχιζον?

Οἱ δὲ Ἡρακλεῖδαι &c.] *Apollod.* d. l. narrat *Herculis* filios *Euryſthea* fugientes primum ad *Ceycem* (*Trachiniae* regem) ſe recepiſſe, ac tum, quum, hic ut eos ſibi traderet, bellum minitans *Euryſtheus* peteret, metu perculſos per *Hellada* fugiſſe, & tandem, *Euryſtheo* illos perſequente, *Athenas* conceſſiſſe, *Athenienſes* vero eos non ſolum non dedidiſſe, ſed & bellum intentatum ſuſtinuiſſe, & quatuor *Euryſthei* filios cecidiſſe.

Ὤικησαν τὴν τετράπολιν τῆς Ἀττικῆς.] De οἰκεῖν hoc ſenſu poſito dixi ſupra. *Tetrapolis* autem dicta regio, quod quatuor conſtaret urbibus, quas *Strabo* p. 383.

Ἀττικῆς· Εὐρυσθεὺς δὲ πέμψας ἄγγελον εἰς Ἀθήνας, πόλεμον προέλεγεν τοῖς Ἀθηναίοις, εἰ μὴ τοὺς Ἡρακλείδας ἐξελάσωσιν· οἱ μὲν οὖν Ἀθηναῖοι τὸν πόλεμον οὐκ ἀπελέγοντο· Εὐρυσθεὺς δ' ἐνέβαλε εἰς τὴν Ἀττικὴν, καὶ παραταξάμενος αὐτὸς μὲν ἀποθνήσκει μαχόμενος· ἡ δὲ πληθὺς ἐτράπη τῶν Ἀργείων· Ὕλλος δὲ καὶ οἱ ἄλλοι Ἡρακλεῖδαι καὶ σὺν αὐτοῖς ἀποθανόντος Εὐρυσθέως κατοικίζονται πάλιν ἐν Θήβαις· ἐν δὲ τούτῳ καὶ Ἀλκμήνη κατὰ γῆρας ἀποθνήσκει, καὶ αὐτὴν ἐξεκόμισαν Ἡρακλεῖδαι· ᾤκουν δὲ παρὰ τὰς Ἠλέκτρας πύλας, ὅθιπερ καὶ Ἡρακλῆς ἐν τῇ ἀγορᾷ· Ζεὺς δὲ Ἑρμῆν πέμπει, κελεύων

p. 383. Ξοῦθος τὴν Ἐρεχθέως θυγατέρα γήμας, ᾤκισε τὴν Τετράπολιν, vocat Οἰνόην, Μαραθῶνα, Προβάλινθον, καὶ Τρικόρυθον.

Αὐτὸς μὲν ἀποθνήσκει] Ab *Iolao* autem interiit, ut testatur *Pausanias* in *Atticis* sub finem, & *Pindarus Pyth. Od.* IX. *Scholiastes* ejus: ὁ γὰρ Ἰόλαος τεθνηκὼς ἐπεὶ ἔμαθεν Εὐρυσθέα ἐξαιτούμενον παρὰ Ἀθηναίων τοὺς Ἡρακλείδας, ἀπαπειλοῦντα πόλεμον εἰ μὴ δώσουσιν, εὔξατο ἀναβιῶναι. καὶ ἀναβιοὺς ἀπέκτεινε τὸν Εὐρυσθέα, καὶ πάλιν τέθνηκε. adde sequentia. *Apollod.* L. II. in alia omnia abit, & ab *Hyllo* interfectum eum scribit cum *Zenobio Cent.* II. 61. MUNCK.

Ὕλλος δὲ καὶ οἱ ἄλλοι Ἡρακλεῖδαι καὶ σὺν αὐτοῖς] Corruptissimus locus, quem emendari putem, si ita scribas: καὶ οἱ ἄλλοι Ἡρακλεῖδαι σὺν αὐτῷ, deleto τῷ καὶ, quod natum suspicor ex ultima praecedentis vocis syllaba. MUNCK.

Ἐν δὲ τούτῳ] h. e. Ἐν τούτῳ χρόνῳ, vel ὑπὸ τὸν αὐτὸν χρόνον. Sic ἐκ τούτου, *ex illo tempore* c. 16. Et apud *Aelian.* ποικ. ἱστ. L. II. c. 18. ἐξ οὗ *ex quo tempore* apud *Soph. Aj. Flag.* vs. 674. pro quo & ἐξότου dicebant: quae vox turbat tamen versum in *Epigram. Agathiae* L. III. c. IX. *Anthol.*

Τριοστὴ δ' ἀμφιλύκη δρόμον ἤνυσεν ἐξότου μίμνει.

Lege ἐξότε, quod extat Lib. V. *Epi-*

runt in tetrapoli Atticae. Euryſtheus miſſo Athenas legato, bellum denunciat Athenienſibus, ni Heraclidas expellant: neque ii bellum detrectant. Ergo Euryſtheus in Atticam copias adducit, commiſſoque praelio inter pugnandum occidit: fuſaque eſt Argivorum multitudo. Hyllus, & alii Heraclidae cum ipſo, poſt mortem Euryſthei, Thebas urbem incolunt. Interim & Alcmena annis confecta, obit. Quam cum efferrent Heraclidae, (ii ad Electras portas habitabant, ubi & Hercules, in foro) Jupiter Mercurium mittit, mandato ut Alcme-

Epigr. 109. Et Lib. VII. *Epigr.* 55. Caeterum, ut ἐν τούτῳ *Antoninus*, ita *in hoc* videtur dixiſſe *Hyginus Mythol.* c 40. *In hoc Daedalus exul cum veniſſet.* Nec cauſam, cur hanc explicationem meam valde damnem, video. Cap. 32. *Hercules eo intervenit*, id eſt, *eo tempore*, ut ipſe explicat Cl. *Schefferus.* Plene loquitur *Cic.* pro *Quinctio. In hoc tempore plurimum poſſunt.* Et *Gell.* Lib. XII. 2. *Quem in eo tempore Romae plurimum ſectabar. Schefferus* ad *Hygin.* c. 40. copulat: *petiit in hoc auxilium ab eo.* i. e. in eam rem, quod neſcio, quomodo nunc magis, quam antehac, arridet. *Tertull Exhort.* ad *Caſt.* c. 2. *In hoc probatur noſtra in Deum mens. Horat. Epod.* ult. *Ingrata miſero vita ducenda eſt in hoc,* h. e. *propter haec*, aït *Schol. Juſtin.* II. c. 15. *Legatos eorum in hoc pignus Athenis retentos.* & L. XXIV. 2. *In hoc mitteret arbitrum jurisjurandi. Ovid.* X. *Met.* 408. *In hoc mea (pone timorem) Sedulitas erit apta tibi. Lactant. Argum.* VI. *Met Fab.* I. *In hoc ad eam venit. Phaedr.* V. 1. *In hoc, ut aliis eſſet materiae ſatis. Juſt.* XXXVIII. 3. *In quod tum miſſi Aquilius & Manlius Maltinus legati.* MUNCK.

Παρὰ τὰς Ἠλέκτρας πύλας,] *Xyl. ad Electras portas.* Ἀτρείδη, ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων. verte tu, *Electrae portam.* Dicta autem illa ita ab *Electra Cadmi* ſorore. vid. *Pauſ. Boeot.* p. 555. MUNCK.

Εἰς

λεύων Ἀλκμήνην ἐκκλέψαι, καὶ ἀπενεγκεῖν εἰς μακάρων νήσους, καὶ δοῦναι Ῥαδαμάνθυϊ γυναῖκα· Ἑρμῆς δὲ πεισθεὶς Ἀλκμήνην ἐκκλέπτει. λίθον δ' ἀντ' αὐτῆς ἐντίθησιν εἰς τὴν σορόν· οἱ δ' Ἡρακλεῖδαι ἐπεὶ τὴν λάρνακα φέροντες ἐβαρύνοντο, κατατίθενται· καὶ ἀποκαλύψαντες εὗρον ἀντὶ τῆς Ἀλκμήνης λίθον, καὶ αὐτὸν ἐξελόντες, ἔστησαν ἐν τῷ ἄλσει, ὅθιπερ ἐστὶ τὸ ἡρῷον τὸ τῆς Ἀλκμήνης ἐν Θήβαις.

Εἰς μακάρων νήσους.] Has fortunatas insulas in *Oceano* collocant poëtae. Describit illas *Horat. Epod.* XVI. *Pind. Schol.* ad *Olymp. Od.* II. *Muret. Var. Lect.* L. V. c. 1. *Mela* Lib. III. cap. 10. & ad illud *Vossius.* In iisdem campos *Elysios* esse, sunt, qui velint. Sed praeter illas, quae in *Oceano*, quam multae felicium nomen consecutae sint, docet nos modo laudatus *Vossius* ad *Mel.* Lib II. cap. 7. Adde *Zenob. Cent.* III. 86.

ΣΜΥΡΝΑ. λδ'.

Θείαντος τοῦ Βήλου καὶ Ὠρειθυίας μιᾶς τῶν νυμφῶν ἐγένε-

Θείαντος τοῦ Βήλου] *Thoantem* illum appellat apud *Apollod.* L. III. *Panyasis*; ex quo male Πανύασιν in *Cl. Alex. Admonitione* ad *Gentes* fecerunt Librarii. *Cinyras* est *Ovidio* & aliis. *Cypriorum* fuisse regem *Cinyram* *Ovidius*, *Pindari Scholiastes*, *Hesychius*, & *Clemens Alexandrinus* docent. *Assyrium Hyg.* c. 58. & 242. *Apollod.* L. III. faciunt. Sed hic ita rem narrat, ut in *Assyria* prius, deinde in *Cypro* regnasse innuat. In *Cinyrae* genealogia mirum quantum variant veteres. *Paphi* filius

cmenam ſuffuretur: eamque in beatas inſulas allatam Rhadamantho det uxorem. Paret juſſis Mercurius: & loco Alcmenae, quam furtim abſtulerat, lapidem feretro injicit. Heraclidae cum ſandapilam geſtantes mole gravarentur, depoſitam aperiunt, & pro Alcmena lapidem inveniunt, quem inde exemtum in luco conſtituerunt, ubi ſacellum Alcmenae eſt Thebis.

86. MUNCK.

Εἰς τὴν σορὸν·] *Heſych.* Σορὸς, μνῆμα, θήκη. *Gloſſ. vet.* *Arca*, & *arcela*, κιβωτὸς, κάμπτρα. λάρναξ. Corrupta heic quaedam. Pro κάμπτρα lege κάμψα. Pro *arcela*, *arcula* vel *arcella*. Sequitur enim inferius, *Arcula*, κιβωτὸς, λάρναξ. In eodem mendo cubant *Gloſſae Cyrill.* κάμπτρα, *Campſa.* καμπτροποιὸς, *Campſarius.* MUNCK.

XXXIV. SMYRNA.

Smyrna filia fuit Theiantis, Beli F. & Orithyiae nym-

lius eſt *Ovidio* L. X. *Met.* vſ. 298. *Sandoci* & *Thanaces* *Apollodoro* L. III p. 193. *Heſychio* in voce Κινύρας, Ἀπόλλωνος καὶ Φαρνάκης. Cenſeo illam *Pharnacen* *Apollodoro* pro *Thanace* reſtituas. Audiamus nunc *Pindari Scholiaſten* ad *Pyth. Od.* II. οὗτος δὲ (Κινύρας) ἦν Ἀπόλλωνος υἱὸς καὶ Πάφου. κατ' ἐνίους δὲ Εὐρυμέδοντος, καὶ Παφίας νύμφης. MUNCK.

Θείαντος . . . καὶ Ὠρειθυίας. . . Σμύρνα·] De *Smyrnae* patre, ſive is fuerit *Theias*, ſeu *Cinyras*,

ἐγένετο θυγάτηρ ἐν τῷ ὄρει τῷ Λιβάνῳ Σμύρνα· ταύτην διὰ κάλλος πλεῖστοι καὶ ἐκ πόλεων πλείστων ἐμνήστευον· ἡ δὲ πολλὰ ἐμηχανᾶτο πρὸς ἀπάτην τῶν γονέων, καὶ ἀνάθεσιν τοῦ χρόνου· δεινὸς γὰρ αὐτὴν ἔρως ἐξέμηνεν ἐπὶ τῷ πατρὶ καὶ κατὰ μὲν ἀρχὰς δι' αἰδῶ κατέκρυπτε τὴν νόσον ἐπεὶ δὲ τὸ πάθος αὐτὴν προσῆγεν, ἐξεῖπε τὸν λόγον πρὸς Ἱππολύτην τὴν τροφόν· ἡ δὲ παραδώσειν αὐτῇ ἄκος τοῦ παραλόγου πάθους ὑπισχομένη, λόγον πρὸς τὸν Θείαντα προσέφερεν, ὅτι αὐτῷ κόρη μακρὰν ἀν-

κας, sive alius quis tot veterum non facile conciliandae sunt opiniones, ut eas si excusseris, incertior sis, quam ante. De iis multa Viri D. Vid. *Meurs. Cypr.* Lib. II. c. 9 *Comment.* ad *Hygin.* c. 58. &, qui totam fabulam refert, *Ovid.* L. X. *Met.* vs. 298. & hic inprimis luculentam *Burmanni* notam. *Meursius* multa praecipit eorum, quae hic habet *Munckerus*, etiam emendationem in loco *Apollodori*, sed ut plagii se absolvat, ad *Hygin.* d. l. ostendit. *Meursii* librum eodem anno a *Graevio* editum, quo suus *Antoninus* in lucem prodiit. Sed *Apollodori* emendationem, notante *Staver.* jam occupaverat *P. Leopard. Emend.* Lib. XX. c. 22. Plurimorum *Smyrnae* patrem *Cinyram* vocantium auctoritatem sequitur *Aeg. Menagius* suo Ἀδωνιασμῷ:

Κεῖται Ἄδωνις
Σχέτλιος, οἴμοι.
Οἴχετ' Ἄδωνις.
Οἴχετ' ἐς ᾅδου.
Καλος Ἄδωνις.
Καλὸς Ἄδωνις
Ὤλετο. Μύῤῥας
Καὶ Κινύραο
Φαίδιμος υἱός cet.

Burch. Pylades in *Theog. Deorum* vs. 130.

Deque Papho est Cinyras, matre latente satus.
At Cinyras Myrrham, & de Myrrha sumsit Adonin:
Sed genitrix Myrrhae nomine nulla datur.

In eadem opinione est *Meursius*, in *Epistolis suis Heroïdum* Vides quanta differentia de una & eadem fabula.

Ἐν τῷ ὄρει τῷ Λιβάνῳ Σμύρνα·]

Hunc

nymphae, nata in Libano. Hanc ob pulcritudinem formae plurimi, & ex urbibus plurimis ambiverunt. Illa multis artibus usa est ad deludendam parentum voluntatem, & extrahendum tempus. Etenim diro amore patrem deperibat: quem cum prae verecundia aliquandiu dissimulasset, victa tandem Hippolytae nutrici rem aperit. Haec pollicita remedium se malo inusitato inventuram, Theianti significat, puellam esse parentum fortunatorum filiam;

Hunc locum ad *Ovid.* d. l. vindicat *Burmann.* & *Myrrham* & *Smyrnam* promiscue de eadem dici, etiam cum aliis tum ad *Hygin.* tum ad *Ovid.* comprobat.

Τὴν νόσον·] *Amorem. Eurip. Hippol.* vs. 41.

> Ξύνοιδε δ' οὔτις οἰκετῶν νόσον.
> Ἀλλ' οὔτι ταύτῃ τόνδ' ἔρωτα χρὴ πεσεῖν.

vs. 1306.

> Ἣ σῷ δ' ὅρκων παιδὶ σημαίνει νόσον.

Schol. ἥτις τροφὸς τοῦ σοῦ υἱοῦ τὸν ἔρωτα ἐσήμανε. *Terent. Eun.* A. II. Sc. I. vs. 19.

> *Dî boni, quid hoc morbi est? adeon' homines immutarier*
> *Ex amore, ut non cognoscas eumdem esse?*

Πάθος αὐτὴν προσῆγεν,] Προσῆγεν pro προῆγεν positum, quia eadem ratio esset τοῦ προάγειν & προσάγειν, nullus dubitat *Abresch.* in *Addend.* ad *Aeschyl.* p. 642. Contra προσῆγεν damnat *D'Orvillius* ad *Chariton.* p. 187. & aliorum exemplis *Antonino* προῆγεν restituendum censet. Corruptum vero putat *Ruhnkenius*, reponitque τὸ πάθος αὐτὴν ἤπειγεν. C. XXIX. Ἐπεὶ δὲ Ἀλκμήνην ὁ τόκος ἤπειγεν.

Μακαρίων ἀνθρώπων] h. e. *Opulentorum*, quos & *beatos* & *fortunatos* appellant Latini. Adi *Graevii*, viri non meis laudibus indigentis *Lect. Hesiod.* cap. 14. *Hom. Iliad.* Λ. vs. 68. ἀνδρὸς μάκαρος κατ' ἄρουραν. *Schol.* πλουσίου. MUNCK.

ἀνθρώπων πόθεῖ παραγενέσθαι κρυφαῖος εἰς τὴν κοίτην·

ὁ

Κρυφαῖος] Foeminino ergo genere posuit κρυφαῖος, ut θεον. vs. 657. *Hesiod.* γενναῖος *Eurip. Hecub.* 592. στερρὸς vers. 296. *Schol.* ibid. οἱ Ἀττικοὶ εἰς ᾱ καὶ εἰς η ληγούσας εὐθείας διὰ τοῦ ος λέγουσιν, οἷον ἡ θεὸς, ἡ στερρὸς. Κρυφαίως, quod in ejus locum posset substitui, nusquam mihi lectum: & κρυφαῖον adverbialiter duriusculum videri possit; quanquam c. I. dixit, νύχιον ἀπέτλουσε, ut elegantius πλεοναστικῶς *Eurip. Orest.* vers. 152. χρόνια pro χρονίως. Sed κρυφαίως non puto prorsus ex *Hellade* exturbandum. Nam cum a λαθραῖος λαθραίως dixerint, a κρύφιος κρυφίως, cur non & a κρυφαῖος κρυφαίως? Λαθραίως legitur in *Pind. Schol.* ad *Pyth Ol.* X. Et hoc amplius ὑφάλους dici πέτρας χοιράδας. Id quod convenit cum eo, quod *Hesychius* tradit pag. 975. *Edit. Hack.* χοιράδες, αἱ ἐγκείμεναι πέτραι. Ad quae verba perperam quidam notavit: ἐκκείμεναι, id est, *exstantes aqua, ita ut cerni possint.* Imo contra habet, bone vir. Audi *Scholiasten:* χοιράδες δὲ λέγονται πέτραι αἱ ὕφαλοι, ἐφ' ὧν καχλάζει τὸ κῦμα, καὶ λανθάνειν αὐτὰς ὑποκειμένας παρασκευάζειν (leg. παρασκευάζει) ὥστε λανθάνειν πρὸς πλεούσας τὰς ναῦς. Sed illud mihi non placet, quod ad *Odae* illius inscriptionem lego: δοκεῖ δὲ μὴ ὑγιῶς ἐπιγεγράφθαι ᾠδὴ Ἱπποκλεῖ. Τὸ γὰρ ὄνομα ἦν Ἱπποκλέας, ὡς καὶ αὐτὸς Πίνδαρός φησιν. Atqui Ἱπποκλέας & Ἱπποκλέης sive Ἱπποκλῆς idem est. Doceat *Schol. Scholiasten.* Ad finem odae sequentis, ubi *Pindarus* dixerat Ἰόλαον Ἰφικλείδαν, annotat, Ἰφικλέα παῖδα Ἰόλαον. Verum ad *Nem. Od.* IV. Ἰόλαον γὰρ εἶπεν, ὅτι τὸ γὰρ, Ἰφικλέους. Idem ergo Ἰφικλέας quoque & Ἰφικλέης. Humani etiam aliquid passus videtur *Hyginiani Indicis* artifex, dum *Iphiclum Iolai* facit patrem: forte, quod cap. 173. habeatur: *Iolaus Iphicli.* Quod tamen quomodo tolerari possit pro *Iphiclis*, obiter dictum nobis ad *Hyg.* c. 70. ubi similis pugna fuit huic homini cum illis, qui Ὀϊκλέης, κλῆς vertunt *Oïclus. Oicleus* est tolerabile ex *Aeolico* Ὀϊκλεύς. Dices: Ἴφικλος est *Iolai* pater *Apollod.* p. 114. Edit. *Comm.* Tu corrige *Apollod.* ex *Pausaniae Arcadicis* & *Hesiodi Scuto*, ac scribe Ἰφικλῆς. Atque ita quoque *Pindari Scholiastes* ad *Nem. Od.* I. illum appellat, & *Theocrit. Eid.* 24. vs. 25. Imo ipsi *Apollodoro* est *Iphicles* p. 26. & 83. Et male p. 28. Ἰφίκλου pro Ἰφικλοῦ scriptum censerem: posset enim esse genitivus ab Ἰφικλῆς: verum p. 86. rursus Ἰφίκλου habes, & dandi casu Ἰφίκλῳ, ab Ἴφικλος. Confundit igitur sive *Apollodorus*, sive Epitomista *Iphiclem* & *Iphiclum*, ut *Schol. Eurip.* ad *Hecub.* vs. 886. Et *Zeten* cum *Zetho Servius* ad *Aen.* III. *Palaeph.* c. XXI. Festinavit quoque *Jacob. Schegk. Praemess.*

c. 3.

filiam, quae in ipsius cubile clanculum venire cupiat.

c. 3. *Herculi filius fuit Iphiclus, non Iphitus, teste Palaephato Hydra aliisque.* Quod ad *Palaephatum* primo non *Iphiclum*, sed *Iphiclem* appellat: Deinde non filium *Herculis*, sed fratrem facit. Verba audi: εἶτα βοηθεῖ ὁ Ἰόλεως ὁ Ἰφικλέους, ἀδελφιδοῦς ὢν τῷ Ἡρακλεῖ. Interim non ignoro, non unum fuisse *Iphiclum*. Sed inter illos non erat *Iolai* pater, nec a κλέος illi, sed a κῶλον nomen habuerunt, dicti sic quasi Ἰφίκωλοι, ut tradit *Etymologus*. Dices rursus: tamen *Iphicli* genitivus est ab *Iphiclus*, ut *Herculi* ab *Herculus*, *Achilli* ab *Achillus*. Scio ita velle *Guyetum* ad *Terent. Heaut. Act.* V. sc. 5. Sed non accedit non minor *Guyeto Vossius Gramm.* L. II. c. 9. Stant praeterea contra *Guyetum Jovi*, *Tonanti*, *Nepoti*, aliaque veteribus gignendi casu usurpata. Quamobrem non probo illud in *Glossis*, *Erculus* Ἡρακλῆς. Sed lego *Herculeus* vel *Herculis* ex Inscriptione antiqua. Contra haec omnia objicies mihi *Plinii* verba L. VII. c. 11. quae & apud *Solinum* habes c. IV. *ut in Hercule & Iphiclo fratre apparuit.* Et illa *Hygin. Astron.* L. II. c. 34. *Quemadmodum Iphiclo datum dicitur.* Quasi vero in una literula labi non potuerit Librarius, aut affinitas nominum istos homines, vel scriptores etiam ipsos errare nunquam faciat. Accedit huc, quod ex *Aristot.* L. VII. *Hist. Anim.* c. 4. haec hauserit *Plinius*, ubi non Ἴφικλος, sed Ἰφικλῆς dicitur. Cur heic Ἰφικλῆς transferret *Iphiclus*, Περικλῆς autem L. XXII. c. 17. *Pericles*? Quod ad *Hyginianum Iphiclum*: non *Amphitryonis* ille, sed *Thestii* erat filius. *Hyginus Myth.* c. 14. *Iphiclus alter Thestii filius, matre Leucippe, Altheae frater, ex eadem matre, Lacedaemonius. Hic fuit Arcas cursor, jaculator.* Legendum videri mihi dixi, *acer cursor*. Repono illam vocem etiam initio capitis, ubi *Martis Citharista* dicitur *Orpheus*, & lego, *acris Citharista*. Litera *m* ex praecedenti voce adhaesit. Sed illo versiculo *Propertii* L. IV. *Eleg.* ult. quid faciemus?

Quique tuas proavus fregit, Achille, domos.

Placet commentum *Vossii*, donec meliora quis me doceat, *Achille* per apocopen pro *Achilleu* dictum. Ut saepe alias, ita etiam heic frigent Grammatici veteres in reddenda ratione linguae suae. *Valerius Probus Catholicis: Antiquae declinationis est Dativo uti pro Genitivo: Infelicis Ulyssi pro Ulyssis, Achilli pro Achillis.* Finem fecissem tam longae παρεκβάσεως, nisi me in illa modo laudata Ode I. *Nem.* retraxisset mentio primi certaminis *Herculis*, quo

ὁ δὲ Θείας (οὐ γὰρ ἐγίνωσκεν οἷα ἐπ' αὐτῷ ἐμηχανᾶτο) κατήνεσε τὸν λόγον· καὶ ὁ μὲν ἐν τῷ οἴκῳ σκοταίοις ἐπὶ τῆς στρωμνῆς ἐξεδέχετο τὴν κόρην· ἡ δὲ τροφὸς κατακρύψασα τῇ ἐσθῆτι τὴν Σμύρναν παρήγαγεν. καὶ πλείονα χρόνον ἐλελήθει πρασσόμενον ἄγριον καὶ ἄθεσμον ἔργον· καὶ ὡς ἐκύησε μὲν ἡ Σμύρ-

duos illos angues a *Junone* immiſſos eliſit:

> Διοσταῖσι δοιοὺς ἀνέχων
> Μάρψαις ἀφύκτοις χερσὶν ἑαῖς ὄφιας.

Advertit me, quod diſertim addit χερσὶν, ut apud *Theocr. Eid.* 24.

> Θῆρε δύω χείρεσσιν ἀπρὶξ ἀπαλοῖσιν ἔχοντα.

Et *Apollod.* L. II. ἄγχων ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν αὐτοὺς διέφθειρε. *Hyg. Myth.* c. 30. *Infans cum eſſet, duos dracones duabus manibus necavit.* Ad quae verba accidit ut nuper ex *Anthol.* L. IV. c. 8. Epigr. 4. examinarem hos verſiculos:

> Θλῖβε δρακοντείους περιμήκεας, ὄβριμε, χεῖρας,
> Ἥρακλες, δακέτων ἀγχιβαθεῖς φάρυγας.

Eos *Lubinus* vertit:

> *Elide draconum praelongas, violente, manus,*
> *Hercules, draconum profunda guttura.*

Verſionem hanc nemini poſſe probari certus eram. Reſtituebam ergo σπείρας pro χεῖρας, idque mihi optime cum τῷ περιμήκεας convenire videbatur; certe non deterius, quam θῆρας, quod alii conjectarant. Nunc abeſt parum, quin cenſeam, non tam correctionem, quam commodam poſtulare explicationem hoc diſtichon. Sic enim ordinari poſſunt verba: Ἥρακλες ὄβριμε, θλῖβε φάρυγας δρακοντείους ἀγχιβαθεῖς δακέτων χεῖρας περιμήκεας. *Fortiſſime Hercules, elide fauces ſerpentinas profundas noxiorum animalium permagnis manibus.* Notum eſt Graecos uni ſaepe ſubſtantivo duo adjungere epitheta. Deinde obſerva περιμήκεας χεῖρας dictum per ſubauditam praepoſitionem, pro περιμήκεσι χερσί. *Theocrit. Eid.* 29. ζᾷ τὰν σὰν ἰδέαν. *Pſal.* 147. vſ. 14. σέλας πυρὸς ἐμπιπλῶν σε. *Eur. Oreſt.* vſ. 463.

> —— —— Πολλὰ δὲ
> Φιλήματ' ἐξέπλησε

Schol.

piat. Theias (quippe insidiarum ignarus sibi structarum) approbata re, domi suae in lectum se in tenebris composuit: nutrix Smyrnam veste occultatam ei adduxit. Ad aliquod tempus latuit hoc tam foedum & impium facinus. Interimque Smyrna

Schol. ἀντὶ τοῦ φιλημάτων ἐπλήρωσε, ὡς τὸ, διά τ' ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα. *Zach.* c. 14. vs. 18. καὶ ἐπὶ τούτους ἔσται ἡ πτῶσις, ἣν πατάξει κύριος τὰ ἔθνη. 1 *Esdr.* c. 5. vs. 55. διαφέρειν σχεδίας εἰς τὸν Ἰόππης λιμένα. Non cepit hoc vulgatus Interpres. Vertit enim: *& facerent rates in Ioppe portu.* Nisi ille in libro suo invenit pro διαφέρειν, καὶ ποιεῖν. Adduntur interdum praepositiones. *Apollod.* L. II. p. 80. ὁ μετὰ χεῖρας εἶχε ῥόπαλον. Idem pag. 101. τρὶς περιγενόμενος κατὰ πάλην ἀπέκτεινε. Dices: quomodo infans permagnas habuit manus? Reponere possim, quomodo fuit ὄβριμος? Sed ratio in promtu est, quod ipse jam tum praeter alios infantes per esset magnus. Vide *Plaut. Amphitr.* A. v. sc. 1. Et quid mirum infantem fuisse magnum? Habuit enim adultus σῶμα τετραπηχυαῖον. Notandum praeterea in *Epig.* modo adducto φαρυγας dictum pro φάρυγγας, a φάρυξ pro φαρυγξ. Id quod si animadvertissent Librarii, non corrupissent L. III. Epigr. 23. hunc versiculum:

Χείλεα καὶ δίψει καρφαλέον φάρυγα,

l. eg. φάρυγα. *Hom. Od.* Τ. φάρυγος λάζε δεξιτερῆφι. *Theocr.* Eid. 23. ἐβραξάμενος φάρυγος. MUNCK.

Κρυφαῖος] Vid. Cl. *Schrad.* ad *Mus.* vs. 35. & 327. *Miscell. Obs. N.* T. III. p. 20. *Erasm. Schmid.* de *Dialect.* p. 173. aliique. *Plutarch. Parall.* pag. 311. ubi hanc fabulam e *Theodoro* refert, non multum a Nostro discrepat: Ἔφη γὰρ (ἡ τροφὸς) γείτονα παρθένον ἐρᾶν αὐτοῦ, καὶ αἰσχύνεσθαι ἐν φανερῷ προσιέναι.

Παρήγαγεν. καὶ πλείονα χρόνον ἐλελήθει πρασσόμενον ἄχρι &c.] Post παρήγαγε ponenda τελεία ὑποστιγμή, ut fieri curavi. Deinde in seqq. lego πρασσόμενος pro πρασσόμενον, ut haec sit sententia: *Longo tempore ignorabat tam foedum se & impium facinus admittere. Apollod.* Lib. III. καὶ συνεργὸν λαβοῦσα τὴν τροφὸν ἀγνοοῦντι τῷ πατρὶ νύκτας δώδεκα συνευνάσθη. *Soph. Electr.* vs. 745. λανθάνει στήλην ἄκραν παίσας, *imprudens in columnam ultimam impingit.* MUNCK.

Σμύρνα, Θεῖαντα δὲ πόθος ἔλαβεν ἐκμαθεῖν, ἥτις ἦν ἡ κύουσα· καὶ ὁ μὲν κατέκρυψε πῦρ εἰς τὸν οἶκον· Σμύρνα δ' ὡς ἐξίκετο πρὸς αὐτὸν, ἐπαΐστος ἐγένετο, προσενεχθέντος ἐξαπίνης τοῦ πυρός· καὶ τὸ βρέφος μὲν ἐξέβαλεν ἐκ τοῦ γαστρός· αὕτη δ' ἀνα-

χου-

Ἐπάϊστος] Ex *Ionica* dialecto. Vid. *Koen.* ad *Corinth.* p. 251.

Προσενεχθέντος ἐξαπίνης τοῦ πυρός·] Nota τὸ πῦρ pro lumine accipi a Graecis. *Theocr. Eid.* 24. vſ. 48.

> Οἴσετε πῦρ ὅτι θᾶσσον ἀπ' ἐσχαρεῶνος ἑλόντες,
> Δμῶες ἐμοὶ, σθεναροὺς δὲ θυρᾶν ἀνακόψατ' ὀχῆας.
> Ἄνστατε, δμῶες ταλασίφρονες. αὐτὸς ἀϋτεῖ.

Et ibi Interpres, *afferte ignem*, ut heic *Xylander*, *igne allato*. Atqui *lumen* hoc ſenſu uſurpant Latini. *Phaedr.* L. III. c. 11.

> *Dum quaerunt lumen, dum concurſat familia.*

Etiam poſtrema verba, αὐτὸς ἀϋτεῖ, vertere malim, *dominus vocat.* Rationem tibi reddet *Caſaub.* ad *Theoph. Charact.* c. 3. *Ovidius* in hac fabula L. X. 477.

> *Cum tandem Cinyras avidus cognoſcere amantem*
> *Poſt tot concubitus; illato lumine vidit*
> *Et ſcelus & natam.*

Servius ad *Ecl.* X. vſ. 18. *Cupiens deinde videre vultus puellae lumen juſſit inferri, viſamque filiam cum gladio perſequi coepit.* MUNCK. Προσενεχθέντος dedit *Xylander.* *Munckerus* ob oculos non habuit *Plutarchum*, qui, ubi ſupra, huic loco lucem adfert: Θέλησας την ἐρῶσαν μαθεῖν, φῶς ᾔτησεν.

Τὸ βρέφος μὲν ἐξέβαλεν ἐκ τοῦ γαστρός·] Interpres *abortum fecit.* Verti poteſt ad verbum, *partum ejecit.* Minus proprie heic loquutus videtur *Antoninus.* Nam abortus eſt imperfectus: *Adonis* autem jam erat deformatus, ita ut procedente aetate non abortivus aliquis *Siſyphus*, ſed omnium aequalium longe evaderet formoſiſſimus. *Nonius Marcellus* c. V. *Aborſus ille dicendus eſt, qui in primis menſibus, cum conceptu exordium factum eſt; Abortus prope tempus pariendi: tunc enim moritur, quod naſcitur.* At non mortuus, ſive, ut antiqui loquebantur, abortus eſt *Adonis.* Ul-

na uterum ferre coepit. At Theiantem cupido inceſſit cognoſcendi quaenam ea eſſet, quae ex ipſo concepiſſet: itaque in domo ignem abdit. Cumque ad eum veniſſet Smyrna, ſubito igne allato agnita, abortum fecit: ſublatisque manibus optavit,

Ulpianus: Si mulier pugno, vel equi ictu a te percuſſa ejecerit. h. e. abortum fecerit. *Gloſſar. Steph. Abortum,* ἔκτρωμα, ἐκβόλιον. Deinde *abigere partum* vix puto recte dici, niſi de medicamentis, vel monſtris iſtis mulierum, quae per malas potiones ſibimet ipſae abortum procurant. Vide *Plin.* L. XIV. cap. 18. *Cic.* pro *Cluent.* c. 32. Talis erat propudioſa illa *Julia*, de qua *Juvenalis* Sat. II. 32.

> *Cum tot abortivis foecundam Julia vulvam*
> *Solveret, & patruo ſimiles effunderet offas.*

Ita verterim, *ſubito lumine illato, agnita eſt, & partum alvo ejecit. Feſtus: Exterraneus quoque dicitur, qui ante tempus natus, vel potius ejectus eſt. Dictus autem exterraneus, quod eum mater exterrita alvo ejecit.* Idem in *Egeria: Egeriae Nymphae ſacrificabant praegnantes, quod eam putabant facile conceptam alvum egerere.* MS. Leid. *alvo.* Leg. *conceptum alvo*, niſi *conceptam* vocavit, quae concepit, ut *ova concepta*, quae pullum conceperunt, ſive in pullum coierunt, apud *Petronium*; quemadmodum contra *abortivum ovum* dixit *Martialis* L. VI. 93. quod gallinae ſuppoſitum non concepit. Certe active τὸ *concepta* accipit *Scaliger* in illis apud *Virgil.* in *Culice: Foemineum concepta decus.* Ceterum ut ἐκβάλλειν apud *Antoninum* & in *Schol. Callim.* in *Hymn. Dian.* vſ. 232. ita & ἀποβάλλειν de partu dicitur apud *Schol. Hom.* ad *Il.* T. vſ. 109. Ἐκβάλλειν *ejicere* Latinorum eſt, ut *abjicere* ἀποβάλλειν, *Valer. Max.* Lib. IV. c. 6. ex. 4. *Partu, quem utero conceptum habebat, ejicere coacta eſt. Schegkius Praemeſſ.* c. 4. *abigere* legit, quod in Mſ. invenerit *abjicere*. Sed *abjicere* idem eſſe, quod *abigere* interdum dixerim. *Marcell.* Lib. XVI. pag. 131. Ed. *Boxh. Ut quotieſcumque concepiſſet, immaturum abjiceret partum.* At tu *abigeret* reponendum ibi forte cenſebis. Scio uſitatius eſſe. *Servius* ad *Georg.* III. 139. *Tunc enim diligentius tractandae ſunt, ne abigant.* Verum *abjicere* pro *abigere* invenias apud *Marcellin.* etiam L. XV. p. 86. *Hunc per ſubſcriptionem abjicere ſede epiſcopali.* & apud *Hygin.*

σχοῦσα τὰς χεῖρας ηὔξατο μήτε παρὰ ζῶσι, μήτ' ἐν νεκροῖς φανῆναι. καὶ αὐτὴν ὁ Ζεὺς μεταβαλὼν ἐποίησε δένδρον, καὶ ἐκάλει ὁμώνυμον αὐτῇ Σμύρναν· τοῦτο λέγεται κατ' ἔτος ἕκαστον δακρύειν τὸν ἀπὸ τοῦ ξύλου καρπόν· καὶ Θείας μὲν ὁ πατὴρ τῆς Σμύρνης δι' ἔργον ἀθέμιστον ἑαυτὸν ἀνεῖλε· τὸ δὲ βρέφος Διὸς βουλῇ τρεφόμενον ὠνόμασαν Ἄδωνιν, καὶ

Mythic. c. 120. *Abjectis ministeriis, ipsa coepit* &c. nec non *Justin.* L. XX. c. 12 *Ex collisione abjecti partus.* Etiam *projicere* de pariente dixit Lib. III. *Interpres Abdiae Babyl. Crede nunc Jesum Christum filium Dei, & projice puerperium: verumtamen mortuus* (leg. *mortuum*) *egredietur, quod indigne concepisti. Haec ut mulier credidit, mox egredientibus cunctis de cubiculo, projecit partum mortuum.* &c. Nota & *puerperium* dici *foetum*, ut in Vet. *epigr. Catal. Pith.* L. II. *Cauta quidem genitrix, noceant ne vulnera nato, Confirmat Stygio fonte puerperium. Laërtius* in *Aristippo* p. 155. Ed. *Steph.* Ἡ γὰρ τῶν Ἀθηναίων πόλις οὐ δυναμένη με φέρειν, ὥσπερ ἡ Σεμέλη τὸν Διόνυσον, ἐξέβαλε. Interpr. *Non secus ac Semele Dionysium, expulit.* Rectius foret, *ejecit.* Dein male *Dionysium* vocat *Bacchum* pro *Dionyso*: in quo errore & *Fulgentius* deprehenditur Lib. II. *Myth.* c. 15. ubi videndae annotationes nostrae. MUNCK.

Αὐτὴν ὁ Ζεὺς μεταβαλὼν ἐποίησε δένδρον,] Quod *Antoninus* tribuit *Jovi*, id *Veneri Plutarchus*, d. l. Ἡ δὲ κατὰ πρόνοιαν Ἀφροδίτης εἰς ὁμώνυμον δένδρον μετεμορφώθη. *Hygin.* c. 58. *Venus . . . in speciem arboris eam commutavit, unde myrrha fluit, ex qua natus est Adonis, qui matris poenas a Venere est insequutus.* Quem locum quamquam ipse dedit *Berkelius*, notat tamen *Junoni* adscripsisse *Hyginum.* Diis in genere tribuit hanc mutationem *Ovidius* L. X. *Metam.* a vs. 483. & *Apollodorus* L. III. c. XIII. §. 5. Θεοὶ δὲ κατοικτείραντες αὐτὴν εἰς δένδρον μετήλλαξαν, ὃ καλοῦσι σμύρναν. Locus *Tzetzae ad Lycophr.* vs. 829. in quo emendando *Munckerus* ad *Hygin.* d. l. *Berkel.* ad *Antoninum* & *Perizon.* ad *Sanctii Minerv.* L. IV. c. 4. p. 589. operam suam collocarunt, in Editione *P. Stephani*, Typothetarum incuria depravatus videtur, quem sanitati dein restituit *Potterus*: Μύρρα δὲ Θείαντος θυγάτηρ ἐγένετο. αὕτη ἐρασθεῖσα τοῦ πατρός, καὶ λάθρα

vit, ut neque vivis neque mortuis interesse sibi daretur. Jupiter eam in arborem convertit cognominem. Hujus arboris fructum, quotannis ferunt lacrymas emittere. Theias ob incestum sibi ipsi manus attulit. Puer Jovis nutu educatus est, eique

θοῦσα μιγῆναι αὐτῷ, καὶ ἔγγυος (ἔγκυος emendat *Munckerus*, & *Potterus* dedit.) γενομένη, αἰσθομένου τοῦ πατρὸς, ηὔξατο τοῖς θεοῖς εἰς ἑτέραν φύσιν μεταλλαγῆναι, ἤτοι μήτε μετὰ ζώντων εἶναι, μήτε μετὰ τεθνεώτων. Ὅθεν εἰς δένδρον αὐτὴν μετέβαλε, τὸ ἀπ' αὐτῆς λεγόμενον μύῤῥαν, ἤτοι σμύρναν Αἰολικόν. *Berkelius* illa ὅθεν . . . αὐτὴν μετέβαλε corruptissima censebat, sic restituenda, οἱ θεοὶ αὐτὴν μετέβαλον. *Munckerus*: ὅθεν . . . μετέβαλον, quocum facit *Perizonius*, d. l. quia praecedit: τοῖς θεοῖς. Atque ita edidit *Potterus*, num quadam auctoritate, nescio. Conjeceram: ὅθεν εἰς δένδρον αὐτὴ μετέβαλε, facili & levi emendatione. *Apollod*. Lib III. c. V. §. 4. Αὖθις δὲ μετὰ Ἁρμονίας εἰς δράκοντα μεταβαλὼν, &c. *Antonin*. C. XXI. Ἄγριος δὲ μετέβαλεν εἰς γῦπα. C. XXXII. Δρυόπη δὲ μετέβαλε, καὶ ἀντὶ θνητῆς ἐγένετο νύμφη. & Cap. XXXVII. (ubi vid. *Munckerus*.) Αἱ ψυχαὶ δὲ μετέβαλον εἰς ὄρνιθας.

Ἐκάλεν] Ita utraque praefert editio. Mireris ferre hoc potuisse aures Graecis literis assuetas. Scribendum esse ἔκαλεν mihi prorsus persuasum: est enim ἀόριστος δεύτερος. Nec absurdum tamen ἐκάλει. Conjunctio enim non raro diversa conjungit tempora. Vide *Stolberg*. *Praelect*. ad *Aj*. *Flagell*. p. 115. MUNCK. Ἐκάλει praefero, quia frequens est *Antonino* variatio temporum.

Ἀπὸ τοῦ ξύλου καρπόν·] Τὸ ξύλον pro ipsa arbore nonnunquam sumi, monstravit *Munckerus* ad C. XXII.

Ὠνόμασαν Ἄδωνιν,] *Hyg*. c. 58 *Ex qua natus est Adonis, qui matris poenas a Venere est insecutus*. Explicat Cl. *Schefferus*: *Secutus est, post est natus, quam puniretur mater*. At in *Indice* voce EXSEQUI producit ex hoc capite, *Exequi poenas matris*. Prorsus ut ego haec interpretanda arbitratus sum in meis ad *Hyginum* notulis. Nec sententiam usque adhuc muto. Nam *insequi poenas* videtur dixis-

καὶ αὐτὸν Ἀφροδίτη πλεῖστον ἠγάπησε διὰ τὸ κάλλος.

xiſſe, ut *perſequi injurias* c. 116. Niſi ſi *exequi* reſcribere malis. Sed nihil opus eſt. Sic 11. *Aſtron.* c. 4. *Niſi Icarii mortem perſecuti, & eum forent ulti.* C. 140. *Matris poenas eſt executus.* Ad quem locum notavi: *Poenae matris ſunt, quas Python matri debebat.* Paria Cl. *Scheferus* in *Indice* voce Poena. Sed cum *exequi* pro *ulciſci* ponatur, rectius poenas matris dixeris illa mala, quibus mater a *Pythone* erat exagitata. *Poena* enim pro quovis malo nonnunquam ponitur. *Luc.* Lib VIII. vſ. 195.

> ——— *Mors ultima poena eſt.*

Notanda haec locutio, *matris poenae a Venere.* Sic c. 88. *Cupiens a fratre ſuo Thyeſte injurias exequi.* Utramque phraſin *Indici Hyginiano* vellem inſeri. Sed quomodo, dices, ultus eſt poenas matris *Adonis?* Quod vivus ſui amore, mortuus dolore Deam torſit. *Ovidius* de *Adonide* L. X. *Met.*

> *Jam placet & Veneri matrisque ulciſcitur ignes.*

Facit huc proverbium illud apud *Apoſtolium Cent.* I. 43. Ἀδώνιδος κῆποι. Ἐπὶ τῶν ὀλιγοχρονίων καὶ ἀώρων, καὶ μὴ ἐῤῥιζωμένων. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ Ἄδωνις ἐρώμενος ὢν, ὡς ὁ μῦθος, Ἀφροδίτης, πρὸ ἥβης τελευτᾷ &c. *Pantinus: Propterea quod Adonis, ut eſt in fabulis, Veneris amore captus, ante pubertatem periit.* Male vertit. Ἐρώμενος enim Ἀφροδίτης eſt *delicium Veneris, puer Veneri dilectus.* Sic *Abderus* eſt ἐρώμενος *Herculis, Hyacinthus Apollinis Apollodoro* L. II. *Servius* in hac fabula: *Adonis cogno-*

BOY-

que Adonis nomen factum, ob formae elegantiam a Venere plurimum adamato.

gnominatus est, quem quia Venus adamavit, Mars in aprum transfiguratus occidit, quem multi miseratione Veneris in rosam conversum dicunt. Amasium vulgo appellant, sed perperam, me judice. *Amasius* est amator *Plauto Truc.* III. 1. Etiam *Cas.* III. 3. quamvis pro *Catamito* ibi accipiat *Lambinus. Diomedes* Lib. I. *Ab amo veteres inchoativo modo dixerunt amasco. Unde amatores amasios dicebant. Amasio Apulejo* L. VII. *Miles.* est asinus foeminas affectans. Παρθενοπίπας *Prudentio* in *Romano.* Quamobrem miror qua auctoritate nixus *amasium* & τὰ παιδικὰ pro eodem accipiat ad *Apollod.* p. 184. Cl. *Tanaquillus Faber.* Ad eundem modum, quas *amiculas* Latini, ἑταιρίδας appellant Graeci, & a legitima uxore separant. Vide *Herald.* ad *Arnob.* L. IV. p. 170. Edit. *Leid. Plin.* L. III. ep. 9. *Gloss. Philox. Scortum*, ἑταίρα, πόρνη, ἐρωμένη, φιλουμένη. *Isidorus Orig.* L. XII. *Amasius eo quod pronus sit ad amorem. Petron. Fragm. Tragur.* pag. 17. Edit. *Cornerianae. Videbis populi risum inter Zelotypos & Amasiunculos. Amasiunculum* dicit officiosum illum *Glyconis* dispensatorem, qui clanculum dominam suam perdepsuerat. Vocetur ergo hactenus licet *Adonis* quoque, cum & ipse procul dubio *Veneri* saepe trusaverit, *Amasiunculus.* Sed *Ganymedem* τὰ παιδικὰ, vel cum *Festo concubinum*, non *Amasium Jovis* dixerim. MUNCK.

Ὠνόμασαν Ἄδωνιν,] Hunc locum, quo ellipticam locutionem, ut *dicunt, ferunt, perhibent*, probet, citavit *Perizonius* ad *Sanct. Minerv.* d. l.

ΒΟΥΚΟΛΟΙ. λέ.

Ἱστορεῖ Μενεκράτης Ξάνθιος Λυκιακοῖς· καὶ Νίκανδρος.

Λητὼ ἐπεὶ ἔτικεν Ἀπόλλωνα καὶ Ἄρτεμιν ἐν Ἀστερίᾳ τῇ νήσῳ, ἀφίκετο εἰς Λυκίαν, ἐπιφερομένη τοὺς παῖδας ἐπὶ τὰ λουτρὰ τοῦ Ξάνθου· καὶ ἐπεὶ τάχιστα ἐγένετο ἐν τῇ γῇ ταύτῃ, ἐνέτυχε πρῶτα Με-

Λητὼ ἐπεὶ ἔτεκεν Ἀπόλλωνα καὶ Ἄρτεμιν ἐν Ἀστερίᾳ τῇ νήσῳ, ἀφίκετο εἰς Λυκίαν,] *Apollinis* & *Dianae* apud ſe natorum honorem ſibi vindicarunt multae gentes, quas maximam partem memorat *La Cerda* ad *Virgil. Aen.* III. vſ. 72. inprimis *Lycii*, vid. V. Cl. in *Obſerv. Miſcell.* T. VII. p. 34. &c. Communis tamen opinio, quam prodit *Antoninus*, *Latonam* demum, poſt gemellos in inſula *Delo* editos, in *Lyciam* veniſſe. *Ovid.* L. VI. *Metam.* vſ. 333.

Quam vix erratica Delos
Errantem accepit, tum cum levis inſula nabat.
Illic, incumbens cum Palladis arbore palmae,
Edidit invita geminos Latona noverca.

Schol. Homeri ad *Iliad.* A. vſ. 9. ibi cit. Ἐπείγετο διὰ θαλάσσης πρὸς Ἀστερίαν τὴν νῆσον μίαν οὖσαν τῶν Κυκλάδων. Ἐκεῖσε δὲ ἐλθοῦσα . . . . διδύμους ἀποκύησε παῖδας, Ἄρτεμιν καὶ Ἀπόλλωνα, καὶ τὴν νῆσον ἐκάλεσε Δῆλον. Conſpirat omnino *Cic.* in *Verr.* II. 1. ad *Ovid.* d. l. cit. De inſula hac multi multa ſcripſere, intricata ſimul & ſibi contraria, vid. Scriptores hos ad *Hyginum*, inprimis, C. 53. & ad *Ovid.* d. l., Viris D. citatos. Hoc conſtat tribus nominibus, a qua tandem vel quo caſu, inditis, deſignari, atque ita quidem, ut prius *Aſterie*, dein *Ortygia* & denique *Delos* appellata fuerit. Sed hinc non ſequitur, tria illa ubique conjungenda eſſe, ubicumque denominationis ratio redditur, quod ex ipſo *Homeri Scho-*

XXXV. BUBULCI.

Narratio est Menecratis Xanthii in Lyciacis, & Nicandri.

Latona, cum in Asteria insula Apollinem & Dianam peperisset, in Lyciam venit, infantes ad lavacra Xanthi apportans. Cumque primum eam regionem attigisset, in Meliten fontem inci-

Scholiaste supra liquet, qui nominis *Ortygiae* non meminit, uti nec alii semper, unde *Galeo* non adsentior *Apollodori* locum L. I. c. IV. init. sine ulla auctoritate supplenti. Sic se habet locus: Ἀστερία μὲν, ὁμοιωθεῖσα ὄρτυγι, ἑαυτὴν εἰς θάλασσαν ἔῤῥιψε φεύγουσα τὴν πρὸς Δία συνουσίαν, καὶ πόλις ἀπ' ἐκείνης Ἀστερία πρῶτον κληθεῖσα, ὕστερον δὲ Δῆλος, reponit: καὶ νῆσος ἀπ' ἐκείνης, Ἀστερία πρῶτον κληθεῖσα, Ὀρτυγία ἐκαλεῖτο, ὕστερον δὲ Δῆλος. Sed distinctione ostendere videtur, eam insulam *Asteriam* fuisse vocatam, & jam extitisse ante, quam illud nomen acceperit a virgine *Asteria* *Jovi* amata, quum fabulae tenor contra docet, ipsam hanc virginem in insulam fuisse mutatam, & quidem post, quam in Ὄρτυγα conversa & in mare abjecta fuerit, ut perinde videatur, num insulam *Asteriam*, an *Ortygiam* dicas, quippe uno eodemque tempore ita appellatam, quum *Deli* nomen indiderit *Latona*, ubi insula haec erratica & quasi undis submersa sese emersisset, ut *Latonae*, cujus soror erat, succurreret. *Apollod.* L. I. c. II. §. 2. Κοίου καὶ Φοίβης Ἀστερία καὶ Λητώ. Ita πόλις in νῆσος mutare non necessarium existimo. Ἄστυ enim & πόλις de *insula* dici ex *Harpocratione* aliisque ostendit *Cuperus* in *Observ.* L. II. c. II. confirmat *Etymol. M.* Auctor. Κρῖος . . . . Κεῖος, ὁ τῆς Κέω πόλεως.

Ἐν Ἀστερίᾳ τῇ νήσῳ,] h. e. In *Delo* sive *Ortygia*. *Hyg.* c. 53. MUNCK.

Mi-

Μελίτη κρήνη· καὶ προεθυμεῖτο πρὶν ἐπὶ τὸν Ξάνθον ἐλθεῖν, ἐνταυθοῖ τοὺς παῖδας ἀπολοῦσαι· ἐπεὶ δ' αὐτὴν ἐξήλασαν ἄνδρες βουκόλοι, ὅπως ἂν αὐτοῖς οἱ βόες ἐκ τῆς κρήνης πίωσιν, ἀπαλλάττεται καταλιποῦσα τὴν Μελίτην ἡ Λητώ· λύκοι δὲ συναντόμενοι καὶ σήναντες, ὑφηγήσαντο τῆς ὁδοῦ, καὶ ἀπήγαγον ἄχρι πρὸς τὸν ποταμὸν αὐτὴν τὸν Ξάνθον· ἡ δὲ πιοῦσα τοῦ ὕδατος καὶ ἀπολούσασα τοὺς παῖδας, τὸν μὲν Ξάνθον ἱερὸν ἀπέδειξεν Ἀπόλλωνος, τὴν δὲ γῆν Τρι-

Μελίτη.] Fontis huius nomen in *melioris* apud *Ovid.* L. VI. *Met.* vſ. 343. latere recte conjecit *Burmannus.*

> *Forte lacum melioris aquae proſpexit in imis Vallibus.*

Sic enim ex uno Cod. *Strozzae* repoſuerat *Heinſius* pro vulgat. *mediocris*, quod utrumque librarii inſcitiam prodit. Uti enim *mediocris* nihili eſt, ſic *melioris* omni ſenſu caret, quandoquidem nulla praecedit aquae mentio, quae cum hac comparetur, praeterquam quod quae

> *Longo Dea feſſa labore,*
Κασσιεπείας τῆς Ἀραβίου καὶ Φοίνικος τοῦ Ἀγήνορος ἐγένετο Κάρμη·] Haec ex incerto auctore, quamquam & alii, qui hujus historiae meminerunt, diversa tradunt. *Ogygii Phoenicis filia Carme Poët. Ciri* vs. 220. *Pausan. Corinth.* c. 30. Φασὶ δὲ οἱ Κρῆτες Καρμάνορος . . . παῖδα Εὔβουλον εἶναι. Διὸς δὲ καὶ Κάρμης τῆς Εὐβούλου Βριτόμαρτιν γενέσθαι. Hos citavit Cl. *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* L. V. 236. Βριτόμαρτιν . . . μυθολογοῦσι γενέσθαι μὲν ἐν Καινοῖ τῆς Κρήτης ἐκ Διὸς καὶ Κάρμης τῆς Εὐβούλου cet. ubi *Vir Cl.* notat: de Καινοῖ, *Cretae urbe, ejusque situ nihil explorati habeo.* Sed *Viro Cl.* non suboluit locum in mendo cubare, quem facile restituas: Βριτόμαρτιν . . μυθολογοῦσι γενέσθαι μὲν ἐν Κευθμῶνι τῆς Κρήτης cet. Furtivos foetus in abditis locis editos vel absconditos passim loquuntur Mythographi, neque obstat vox Poëtis magis, quam Historicis usitata, quandoquidem *Diodorum* hic veterem quemdam e Poëtis descripsisse verosimile est, quemadmodum *Antoninus* supra Cap XXXVI. Ἡνίκα Ῥέα φοβουμένη Κρόνον κατέκρυψεν ἐν τῷ Κευθμῶνι τῆς Κρήτης τὸν Δία. Supra etiam C. XIV. utitur hac voce.

Βριτόμαρτιν·] *Hesych.* Βριτόμαρτις, ἡ ἐν Κρήτῃ Ἄρτεμις. *Schol. Callim.* ad *Hymn. Dian* vs. 190. ἡ Ἄρτεμις ἐν Κρήτῃ Βριτόμαρτις τιμᾶται, ὡς ὁ Διογενιανός. Corrupte Βριτεμάρτις dicitur *Apostolio Cent.* VII. 7. φασὶ δὲ καὶ ὅτι νύμφη τις Βριτεμάρτις καλουμένη, θηρῶσά ποτε δικτύοις τισὶ κατὰ τύχην ἐνέπεσε, καὶ ὑπὸ Ἀρτέμιδος ῥυσθεῖσα, Δικτύννης Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἱδρύσατο. MUNCK. De hac videndi, quos d. l. laudat *Wesselingius*, *Spanhem.* ad *Callim. Hymn.* in *Dian.* vs. 190. *Salmas.* ad *Solin.* p. 121. & *Casaub.* ad *Strabon.* L. X. p. 733. quibus addi meretur *Meursius*, qui in *Creta* p. 201. totum de ea caput conscripsit, & *Hesychii*, qui etiam vid.

XL. BRITOMARTIS.

Carme, filia fuit Phoenicis, Agenoris F. & Cassiepiae, Arabii filiae. Cum hac Carma Jupiter congressus, Britomartim genuit: quae hominum fugiens consuetudinem, perpetuam virginitatem amplexa,

vid. V. Βριτόμαρτις & Βριτὺ, locum bene restituit. In *Etymo* nominis nugarum non immunis videtur *Etymologici M.* auctor.

Ἀεὶ παρθένος εἶναι·] Hoc est, *virgo perpetua*, ut *Minerva. Eumenius Rhetor* pro *Scholis Instaur.* C. 10. *Ubi ex propinquo audit mens divina sapientiam, & carminum deus vocem, & verecundiam virgo perpetua, & providentiam praescius futurorum. Innuba Pallas* est *Auson. Epigram.* 104. *Gloss. Steph. Innupta*, ἄγαμος. Ut sunt arguti Graeci, istam ἄγαμον perquam festive ἀταύρωτον alias dicere amabant. nempe ταῦρος, sicut & μόσχος, dicitur αἰδοῖον. Quo nequiter allusit nequissima illa *Petroniana Quartilla: Posse taurum tollere, quae vitulum sustulerit.* Sequitur in iisdem *Glossis: Innuptus*, ἄγαμος. Et alibi: *nubit*, γαμεῖ, γαμεῖται. *Nubere* ergo & de viro recte dici censet ille *Glossographus*. Nam γαμεῖν virorum est. Sic in veteri *Epigr.* Lib. IV. *Catal. Nuptus* pro conjugio.

> *Hae sunt ambigenae, quae nuptu dispare constant.*

Perperam omnino, tametsi utcrum etiam viris det liberalis *Isidorus*. Non ignoro tamen, quod apud *Gell.* Lib. III. c. 3. *Plautinus* dicit Parasitus:

> *Nam me puero uterus hic erat solarium.*

Nec illud *Virgilianum Aen.* II. vs. 20.

> —— *Uterumque armato milite complent.*

Sed uterus ille in *Plauto* est a *Lipsio*; & *Virgilio* illa fuit ratio, quam notavit *Servius*, quia mox dicturus erat, *foeta armis.* Non nubit apud locupletes Linguae Lat. auctores, nisi qui *morbosus* est, hoc est παθικὸς, ut

πρῶτα μὲν ἐπ' Ἄργος ἐκ Φοινίκης παρὰ τὰς Ἐρασίου θυγατέρας Βύζην καὶ Μελίτην, καὶ Μαῖραν, καὶ Ἀγχιρόην· ἔπειτα δ' ἐκ τοῦ Ἄργους εἰς Κεφαλληνίαν ἀνέβη, καὶ αὐτὴν ὠνόμασαν οἱ Κεφαλλῆνες Λαφρείαν· καὶ ἱρὸν ἤγαγεν ὡς θεῷ· ἔπειτα ἔρχεται εἰς

ut hoc vocabulum in *Glossis* exponitur, aut *Lucumo* aliquis, sive uxorius, imperio *Tanaquilis* suae subjectus, ut ille, de quo *Pomponius Pannuceatis*:

—— —— Sed meus
Frater major postquam vidit me vi dejectum domo
Nupsit posterius dotatae, vetulae, varicosae, Afrae.

Atque ita omnia illa accipienda sunt loca, quaecunque cum a *Nonio* Cap. 2. tum a *Farnabio* ad Lib. I. *Met. Ovid.* vs. 700. adducuntur. Nubat ergo per me licet bonis avibus ille non humillimi spiritus poëta, qui semet ipse nubilem appellitat vatem. Adde Celeberrimi *Graevii* notas ad *Luciani Soloecist.* p. 120. Haec ἐν παρόδῳ. Nunc ad rem redeamus. Ἀθήνη quasi ἀθάνατος παρθένος Fulgentio L. II. *Myth.* dicta censetur. Illam semper virginitatem videtur mihi etiam *Minervae* tribuere voluisse *Catullus* Carm. I.

—— Quod ô patrona virgo
Plus uno maneat perenne saeclo.

Scaliger emendat, *patrima*. *Pontanus*, *paterna*. *Meleager*, *perenna*. & Deam temporis praesidem invocari autumat. Rectius cum aliis *Palladis* ambire gratiam poëtam dixeris. Si quid mutandum sit, legerim: *perenna virgo*. h. e. perpetua. Notum enim *perennus* pro *perennis* dictitasse veteres. *Ov.* III. *Fast.* vs. 654.

Amne perenne latens Anna Perenna vocor.

Ita *sublimus*, *improlus*, & alia complura ἀρχαΐζοντα passim invenias. Sed quae ista corrigendi libido? Quod in textu est satis commodum habere sensum videtur. *Patronam* puta a *Catullo* appellari Minervam, quod opifices omnes & docti sub ejus olim erant patrocinio. *Ovid.* Lib. III. *Fast.* vs. 815.

Pallada nunc pueri teneraeque ornate puellae,
Qui bene placarit Pallada, doctus erit.

vs. 833.

Mille dea est operum: certe dea carminis illa est.
Si mereor, studiis adsit amica meis.

Quod

plexa, primum ex Phoenicia Argos devenit ad Erasini filias, Byzem, Melitam, Maeram, & Anchiroam. Deinde Argis in Cephalleniam profecta, estque ab incolis nominata Laphria, sacrisque numinis instar honorata. Venit inde in Cretam:

Quod ait, *mille dea est operum*, eo exprimere, ut opinor, voluit illud *Graecorum* ἐργοπόνος, quod *Minervae* attribuunt poëtae. MUNCK.

Κεφαλλῆνες Λαφρίαν·] Haeccine igitur Dea, cujus peregrinum cognomen & ipsum simulacrum aliunde ad Patrenses, apud quos *Laphriae Dianae* fanum erat, deportatum tradit *Pausanias* in *Achaïc.* C. 18? *Dianam Laphriae* cognomine *Calydoniis* cultam, & ab his *Messenios*, a quibus dein *Patrenses*, hunc cultum mutuatos fuisse, refert in *Messen.* C. 31.

Ἱρὸν ἤγαγον ὡς θεῷ·] Ἱρὸν *Poëticum* & *Ionicum*. *Hom. Il.* K. 571.

Ὄφρ' ἱρὸν ἑτοιμασσαίατ' Ἀθήνῃ.

Scribe heic apud nostrum ἱερόν. Invenies mox ἱερὰ προσήνεγκαν. Et sub finem: ἱερὰ ἐπετέλεσαν ὡς θεῷ. *Xyl. tanquam Deo sacrificarunt.* Mallem, *tanquam Deae*, vel, *numinis instar*. Verum quidem *Graecissantes* poëtas *Deum* pro *Dea* non semel posuisse. Sed κακόζηλον puto in prosa id velle imitari. Itaque & illud Cap. 39. καὶ πρὸς τὸ ἔργον ἐνεμέσησεν ἡ Θεὸς, verterim, *Deae id facinus displicuisse*, non *Deo*, ut *Xyland.* Quid si heic rescribas? ἱερὸν ἤγειραν, *templum aedificarunt. Flor.* Lib. I. c. 1. *urbem excitat.* Sic δώματα ἀνεγείρειν apud *Graec.* Quamvis licet nulla nos cogat corrigendi necessitas, si quis tamen ita malit, non ero qui admodum repugnem. MUNCK.

Ἱρὸν ἤγαγον ὡς θεῷ·] *Xylander* dedit Ἱρον, unde suspicari quis posset, latere quiddam in affecta lectione, quod sagacius ingenium desiderat. Ἱρὸν an cum *Munckero* in Ἱερὸν mutandum sit, ad calcem operis, ubi de Dialectis in *Antonino* obviis agemus, discutietur. Ἱρὸν s. Ἱερὸν ἤγαγον ὡς θεῷ offendit Cl. *Ruhnkenium*, qui malit: Ἱερὸν ἤγαλλον ὡς θεόν. Ἀγάλλειν traducta notione significat, *Deos honoribus ac venerando laetificare*, uti inter alia docuit ὁ πάνυ *Hemsterhusius* ad *Thom. Magistr.* Vid. & ipsum *Ruhnken.* ad *Tim. Lex.* pag. 3. & *Villoisonum* ad *Apollon. Sophist.* p. 31. quae significatio huic

εἰς Κρήτην, καὶ αὐτὴν ἰδὼν Μίνως, καὶ ἐρασθεὶς ἐδίωκεν· ἡ δὲ κατέφυγε παρ' ἄνδρας ἁλιέας· οἱ δὲ αὐτὴν κατέδυσαν εἰς τὰ δίκτυα, καὶ ὠνόμασαν ἐκ τούτου Κρῆτες Δίκτυνναν, καὶ ἱερὰ προσήνεγκαν. ἐκφυγοῦσα δὲ Μίνωα ἐξίκετο ἡ Βριτόμαρτις εἰς Αἴγιναν ἐν πλοίῳ σὺν ἀνδρὶ ἁλιεῖ Ἀνδρομήδει· καὶ ὁ μὲν αὐτῇ ἐνεχείρησεν ὀρεγόμενος μιχθῆναι· ἡ δὲ Βριτόμαρτις ἀποβᾶσα ἐκ τοῦ πλοίου, κατέφυγεν εἰς ἄλσος, ὅθιπερ ἐστὶ νῦν αὐτῆς τὸ ἱερὸν, κἀνταῦθα ἐγένετο ἀφανὴς, καὶ ὠνόμασαν αὐτὴν Ἀφαίαν· ἐν δὲ τῷ ἱερῷ τῆς Ἀρτέμιδος τὸν δὲ τόπον, ἐν ᾧ ἀφανὴς ἐγένετο ἡ Βριτόμαρτις, ἀφιέρωσαν Αἰγινῆται, καὶ ὠνόμα-

huic conjecturae admodum favet. Ipse nescio quid, quod obstaret, deprehendisse visus conjeceram: Αὐτὴν ἤγαγον ὡς θεόν. *Arrian. de Exp. Alex. M.* L. II. c. XVI. §. 4. Τῶν δώδεκα θεῶν Ἡρακλέα ἄγουσιν. Sed re expensa, nihil mutandum censeo, tum quod idem videatur, observante jam *Munckero*, ac seqq. καὶ ἱερὰ, ut ubique repetitionibus gaudet, προσηνεγκαν, & ἱερὰ ἐπετέλεσαν ὡς θεῷ, quemadmodum, quod non raro fit, ut duae voces in unam coäluerint. in *Codice Ms.* pro ἱερὰ ἀνήγαγον, quod praeferrem, facile legi potuit ἱερανήγαγον, tum quod locutio non adeo sit insolens, aut absurda, quin alibi, certe non multum dissimilis occurrat. Sic ἄγειν σφάγιον *Eurip. Iphig. in Aul.* vs. 135. *Pausan.* d. l. & *Messen.* C. 18. Ταύτην μὲν θεὸν ἐποίησεν cet. Ἄγουσι δὲ καὶ Λαφρίᾳ ἑορτὴν τῇ Ἀρτέμιδι οἱ Πατρεῖς. *Epigr.* quod extat apud *Diogen. Laërt. Vit. Pythag.* L. VIII. cap. 12.

Ἡνίκα Πυθαγόρης τὸ περικλεὲς εὕρατο γράμμα,
Κεῖν' ἐφ' ὅτῳ κλεινὴν ἤγαγε βουθυσίην.

Ὠνόμασαν ἐκ τούτου Δίκτυνναν,] Aliam *Etymologiam* affert *Phornutus* Cap. 38 *Dicta fuit propter venandi studium Dictynna. Plutarch. Symp.* L. 3. c. ult. *A retibus venatoriis, quae Graece δίκτυα appellantur. Lutatius Placid* ad *Stat. Thebaid.* Lib. IX. vs. 632. Caeterum ut *Britomartin Cretenses Dianam*, ita

&

tam: visamque Minos, cum amore ejus captus esset, insecutus est. Ea ad piscatores confugit, ab iisque subter retia occultata est. unde Cretenses eam Dictynnam (nam dicty rete significat) nuncuparunt, & sacris sunt venerati. Evitato Minoë, Britomartis cum Andromede piscatore navigio Aeginam venit. Cumque piscator eam comprimere conaretur, relicto navigio, in lucum confugit, ubi nunc ejus fanum est, ibique e medio est sublata: & nomen ei Aphaea posuerunt. In fano Dianae locum, ubi oculis hominum subtracta est, Aeginetae consecrarunt,

A-

& *Dictynnam* vocitarunt. *Palaephat.* Cap. 32. MUNCK. Vid. quos *Meursius* d. l. citat, quamquam quae hic habet *Antoninus*, verosimiliora sunt.

Ἐνεχείρισεν] Sic omnes, quamquam quis non videt legendum esse ἐνεχείρησεν? supra C. XI. Ἐνεχείρησαν ἀποκτεῖναι. C. XXX. Ἐνεχείρει βιάζεσθαι.

Ἄφαιαν·] *Hesychius* mutato accentu, Ἀφαία, ἡ Δίκτυννα καὶ Ἄρτεμις. Et *Pausanias*: ἐπίκλησις δὲ οἱ παρά τε Αἰγινήταις ἐστὶν Ἀφαία, καὶ Δίκτυννα ἐν Κρήτῃ. pag. 141. Edit. *Wechel.* Eam *Scalig* *Comm.* ad *Cirin Virg.* ita dictam vult παρὰ τὸ ἀφεθῆναι. Mihi magis arridet *Antonini* nostri veriloquium. MUNCK. Locum *Hesychii* sic constituit *Meursius* d. l. Ἀφαία καὶ Δίκτυννα, ἡ Ἄρτεμις. Vid. Viri D. ad *Hesych.*

Τὸν δὲ τόπον,] Videtur scribendum, τόν δε, vel illud δὲ expellendum; quanquam & alibi redundare observavi ad C. XI. MUNCK.

Καὶ ὠνόμασαν αὐτὴν Ἄφαιαν .... καὶ ὠνόμασαν Ἀφάην·] Posterior periodus e praeced. repetita videri posset, nisi frequens *Antonino* esset ejusmodi repetitio, ut mox liquebit, unde etiam illud Ἀφάην in Ἄφαιαν vel Ἀφαίαν mutare liceret. Supra C. VIII. Ἐκ δὲ τῆς πέτρας, ad quod Σύβαρις allisa fuerat, ἐκείνης ἀνεφάνη πηγὴ, καὶ αὐτὴν ... καλοῦσι Σύβαριν. C. XIII. Μελιτεὺς .... ὑπὸ τῶν ξένων Τάρταρος

ἐκκ-

μασαν Ἀφαίαν· καὶ ἱερὰ ἐπετέλεσαν ὡς θεῷ.

ἐκαλεῖτο .... τὸ σῶμα τοῦ τυράννου κατεποντώσαν. εἰς ποταμὸν ἐμβαλόντες, ὃν (ποταμὸν) ἔτι νῦν ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου Τάρταρον καλοῦσι. Cap. eodem: Σῶμα τῆς Ἀσπαλίδος cet. ἀντὶ δὲ τοῦ σώματος ἔφανη ξόανον. ὀνομάζεται δὲ παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις τοῦτο τὸ ξόανον Ἀσπαλίς. vel, quod malim, Ἀφαίας. Prius de ipsa *Britomarte* egit, quam Ἄφαιαν vel Ἀφαίαν fuisse nominatam nulla est controversia; at nunc de loci in Dianae fano, ubi ἀφανὴς ἐγένετο, consecratione sermo est. καὶ ὠνόμασαν αὐτὴν Ἄφαιαν. ἐν δὲ τῷ ἱερῷ τῆς Ἀρτέμιδος τὸν (deleto δὲ) τόπον, ἐν ᾧ ἀφανὴς ἐγένετο Βριτόμαρτις, ἀφιέρωσαν Αἰγινῆται, καὶ ὠνόμασαν, supple τόπον vel ἱερὸν, Ἀφαίας. Sic C. XX.II. ubi antea dixerat: Ἐπορεύετο παρὰ

ΑΛΩΠΗΞ. μα΄.

Κέφαλος ὁ Δηΐονος ἔγημεν ἐν Θορικῷ τῆς Ἀττικῆς Πρόκριν τὴν θυγατέρα τὴν Ἐρεχθέως. ἦν δὲ ὁ Κέφαλος νέος καὶ καλὸς καὶ ἀνδρεῖος· ἐρασθεῖσα δὲ

Κέφαλος ὁ Δηΐονος] *Meurs.* de *Regn. Athen.* p. 136. hunc *Antonini* locum adducens legit Κέφ. ὁ Δηϊονέως, forte quod recens erat ab lecto *Apollodoro*, qui sic habet L. II. C. XIIII. §. 3. nullo variante Cod. ubi L. I. c. IX. 4. Δηΐων & in Mss. L. III. c. XIV. & apud alios *Meursio* supra, & Viris D. ad *Ovid.* L. VI. *Metam.* vs. 681. & aliis in locis, cit. Utroque modo occurrit apud *Pausaniam* & *Hyginum.* Perinde quoque est, utrum legas. *Eustath.* ad *Hom. Odyss.* Λ. vs. 292. Δηΐονεως, ὃν καὶ Δηΐονα καλοῦσί τινές. unde *Muncker.* apud *Lactant.* L. VII. 27. pro *Cephalus de donis* recte restituit *Deionis*. Hic erat *Phocidis* rex, cui, praeter alios, e *Diomede Xuthi* filia natus fuit *Cephalus*, diversus itaque a *Cephalo* Ἕρσης καὶ Ἑρμοῦ filio, quamquam ipse *Apollodorus* confundere videtur, qui hunc *Hersae* & *Mercurii* filium ab *Aurora* amatum & raptum tradat, Lib. III.

Aphaamque dixerunt, & tanquam deo sacrificarunt.

ρὰ .... τὰς λεγομένας Βάτλου σκοπιὰς, tandem: καὶ ὁ τόπος λέγεται ἄχρι νῦν σκοπιὰ Βάτλου. Cap. XXX. Ὠνόμασαν Ἀμαδρυάδα νύμφην Βιβλίδα .... καλεῖται δὲ τὸ ῥέον ἐκ τῆς πέτρας δάκρυον Βιβλίδος, & C. XXXI. ὁ δὲ τόπος ὀνομάζεται Νυμφῶν τε καὶ παίδων, supple τόπος. *Pausan.* itidem duo illa descripsit, & posteriorem emendationem confirmabit, *Corinth.* C. XIX. Ἐπίκλησις δὲ [illegible] τε Αἰγινήταις ἐστὶν Ἀφαία, καὶ Δίκτυννα ἐν Κρήτῃ, & de *loco*, paulo ante: Ἐν Αἰγίνῃ δὲ πρὸς τὸ ὄρος τοῦ Πανελληνίου Διὸς ἰοῦσιν, ἐστὶν Ἀφαίας ἱερόν.

Ἀφαίην·] Ita contra insulam, quae subito illis apparuerat, Ἀναφὴν appellarunt *Argonautae*. *Apollod.* Lib. I. MUNCK.

XLI. VULPES.

Cephalus, Deionis F. Procrin Erechthei filiam in Thorico Atticae duxit. Erat is Cephalus juvenis forma atque fortitudine praeclarus. itaque pulcri-

III. c. XIII. §. 3. quemadmodum *Hyginus*, qui, ubi ter eum vocaverit *Deionis* filium, C. 160. *Cephalus Mercurii ex Creusa Erechthei filia*, & C. 241. *Cephalus Deionis, sive Mercurii filius*, scribat, licet hoc a Librario pro glossemate appositum in textum irrepsisse videatur. Ex eodem fonte ortum conjicio, quod *Cyllenia proles* dicatur *Ovidio* L. III. *Amor.* vs. 725. a *Mercurio*, non ab *Oto Cyllenio* Epeorum duce, ut nonnullis Interpretibus visum, unde ea lectio non sollicitanda, certe cum *Scaligero* & *Leopardo* in *Hellenia*, quia *Hellenis* pronepos esset *Cephalus*, non mutanda.

Τὴν Ἐρεχθέως·] *Servio* ad *Aen.* VI. vs. 445. est *Iphidi*. *Hygino* Cap. 189. *Pandionis*. Capite autem 253. *Erechthei*.

Quo teneas vultus mutantem
Protea nodo?

δὲ διὰ τὸ κάλλος ἥρπασεν αὐτὸν Ἠὼς, καὶ ἐποιήσατο σύνοικον· τότε δ' οὖν ὁ Κέφαλος ἐπειρᾶτο τῆς Πρόκριδος εἰ συμμένειν ἀδιάφθορος αὐτῷ ἐθελήσαι· καὶ αὐτὸς μὲν καθ' ἥντινα πρόφασιν ἐσκέψατο ἐς θήρας ἰέναι. Πρόκριδι δὲ εἰσαπέστελλεν ἄνδρα οἰκέτην ἀγνῶτα φέροντα χρυσὸν πολύν· καὶ αὐτὸν ἐδίδασκε λέγειν πρὸς τὴν Πρόκριν, ὅτι ἀνὴρ ξένος ἐρασθεὶς δίδοι τοῦτο τὸ χρυσίον, εἰ αὐτῷ συγγένοιτο· ἡ δὲ Πρόκρις τὸ μὲν πρῶτον ἀπελέγετο τὸ χρυ-

Optimum est *Erechthei*, quod & a pluribus confirmatur. MUNCK. Verum est, id a pluribus confirmari, sed tamen in controversia versatur. Eo enim, quod *Minoï* coaetaneam faciat non solum *Antoninus*, verum etiam *Homerus*, illius aetatem demum incidisse in *Pandionis* secundi, *Erechthei* nepotis tempora, non sine veritatis specie contendit *Meursius* d. l p. 138. propterea quod *Palaephatus*, apud quem Πρόκριδος pro vitiosa voce Κα-ιδος dudum reposuere Viri dd. eam vocat *Pandionis* filiam, nec secus *Hygin.* C. 189. & 242. nam tres a se inventas, quae *Procridis* nomen habuerunt, ostendit *Meurs.* p. 139. ut mirum, quod ubique fere, uti animadvertit, & suis locis tantum non omnes Docti, pro *Procris* legatur *Procne*, unde liquet, saepissime alios, non solum ejusdem nominis confundi, sed etiam qui similitudinem quamdam traxerunt.

Ἐποιήσατο σύνοικον· τότε δ' οὖν ὁ Κέφαλος ἐπειρᾶτο τῆς Πρόκριδος] Cur ab *Aurora* raptus uxorem tentare voluit? *Apollod.* d. l. & ex eo *Tzetzes*, narrat, *Procrin* cum *Ptelconte* quodam, accepta ab eo aurea corona, concubuisse, & a *Cephalo* in adulterio deprehensam ad *Minoa* fugisse, sed hoc si verum, non erat, quod ejus fidem amplius tentaret, quippe rei veritate abunde convictus. Abrupta hîc est *Antonini* narratio, & aliunde supplenda, quo referendum illud τότε. Nempe, uti ex *Hygin.* d. l. & *Ovidio* Lib. VII. *Metam.* a vs. 710. liquet, & unde manifestum est, nihil a *Cephalo* detectum, quod in uxore reprehendisset, ei ab *Aurora* rapto semper in ore fuisse suam *Procrin*, quod aegre ferens Dea eum in suspicionem, acsi uxor minus pudica esset, adduxit:

. . . . *Quod si mea provida mens*

critudine illecta eum rapuit Aurora, sibique maritum adscivit. Tum igitur Cephalus Procrin tentavit, an matrimonii fidem servatura esset. Ficta occasione, venatum se ire simulat, ad Procrin autem mittit servum ignotum: qui multum auri ferens, hoc ei a peregrino viro quodam, ipsius amore capto, dari ait, si ei corporis sui velit potestatem facere. Principio Procris recusat: sed cum du-

mens est;
Non habuisse voles.
unde, cum
Esse metus coepit, ne jura jugalia conjux
Non bene servasset,

tunc tentare decrevit, εἰ συμμένειν ἀδιάφθορος αὐτῷ ἐθελήσαι. Quae quidem vox ἀδιάφθορος quo sit sensu capienda, ex ἄφθορος . de quo Cl. *Ruhnken.* ad *Tim. Lexic.* p. 96. egit, videndum.

Εἰ συμμένειν] Male ediderant, εἰς συμμένειν. Cap. 23. εἰ αὐτῷ συμμένειν ἐπὶ τοῖς ὁρκίοις ἐθέλοι. MUNCK.

Ἐθελήσαι] Sic & hic restitui pro ἐθελῆσαι, quod non monuissem, nisi paulo post recurrisset, ubi tamen *Munck.* mutandum monet.

Ἐσκέψατο] Vitiose editum hactenus, ἐσκήψατο. MUNCK.

Εἰσαπέστελλεν] Sic e *Xylandro* reposui, uti *Berkelius* & *Galeus* quoque dederant. Unde in *Munckerianam* Edit. εἰσαπέστειλεν irrepserit, ignoro. Idem enim aliquando observavit, varia hic illic copulari tempora.

Φέροντα] Ita postulat sententia. Nihili vox est, quam utraque praefert editio, φέρονα. MUNCK.

Εἰ αὐτῷ συγγένοιτο] *Apollod.* Lib. II. p. 64. ἐπεθύμει συγγενέσθαι, hoc est, μιχθῆναι. *Tibull.* Lib. IV. *Eleg.* 7.

—— *Cum digno digna fuisse ferar.*

Ovidius:
Crede mihi, mecum non semel illa fuit.

Priap. C. 13.
Etsi nocte fuit puella tecum.

Gloss. Steph. concumbit, συνευνάζει, συγγίνεται. MUNCK.

λευσιν· ἐπεὶ δὲ διπλάσιον εἰσέπεμψε, ὁμολογεῖ καὶ προσδέχεται τὸν λόγον. ὁ δὲ Κέφαλος ὅτε αὐτὴν ἔγνω παρελθοῦσαν εἰς τὸν οἶκον, καὶ κατακλινεῖσαν ὡς παρὰ τὸν ξένον, δᾷδα καιομένην παρήνεγκεν καὶ κατεφώρασεν αὐτήν· Πρόκρις δὲ καταλιποῦσα τὸν Κέφαλον ὑπ' αἰσχύνης, ᾤχετο φεύγουσα παρὰ Μίνωα τὸν βασιλέα τῶν Κρητῶν· καταλαβοῦσα δ' αὐτὸν ἐχόμενον ὑπ' ἀτεκνίας, ὑπισχνεῖτο καὶ ἐδίδασκε τὸν τρόπον αὐτῷ, ὄφεις καὶ σκορπίους καὶ σκολοπένδρας,

Δᾷδα καιομένην] Tollendus hinc inutilis aſteriſcus. Simile illud de *Smyrna* cap. 34. προσενεχθέντος τοῦ πυρὸς ἐπάϊστος ἐγένετο. Ita φῶς uſurpant. *Lucas Act.* XVI. 29. αἰτήσας φῶτα εἰσεπήδησε. *Lucianus Conviv. Lapith.* Tom. IV. p. 350. *Edit. Baſil.* καὶ φῶτα εἰσκεκόμιστο. Et σέλας *Antholog.* Lib. I. c. 55. *Epigr.* 11.

Ἦψε σέλα, τυφλὴ δ' ἔδραμε πᾶσα τρόπις.

Σέλα accuſativus pluralis eſt a σέλας, αος. *Heſiod.* Θεογ. vſ. 867. σέλᾳ πυρὸς αἰθομένοιο. MUNCK.

Κατεφώρασεν] Et heic quoque perperam erat ſcriptum, κατεφώρεσεν. Mireris haec talia concoquere potuiſſe hujus libelli editores. Sed occupationibus illud, non inſcitiae illorum tribuendum. MUNCK.

Ἐχόμενον ὑπὸ ἀτεκνίας,] h. e. κατεχόμενον. *Plato:* ἔχεσθαι ἐν συμφοραῖς. *Herod.* ἐν τούτῳ τῷ κακῷ ἐχόμενος. MUNCK. *Aelian. H. V.* L. XIII. cap. 35. Φαλαγγίων κνήσμασιν ἐχόμενον, ubi hunc *Antonini* locum adfert *Perizonius*, diverſo tamen quodammodo ſenſu, uti apud *Sophocl. Ajac.* vſ. 272.

Ἀνὴρ ἐκεῖνος ἡνίκ' ἦν ἐν τῇ νόσῳ,
Αὐτὸς μὲν ἥδεθ', οἷσιν εἴχετ' ἐν κακοῖς.

Sic ἔχεσθαι ἐπὶ νόσου dixit in *Antig.* vſ. 1156. Vid. Cl. *Weſſel.* ad *Herod.* L. III. c. 129.

Ὑπισχνεῖτο καὶ ἐδίδασκεν] Lego: ὑπισχνεῖται διδάσκειν. *Apollod.* Lib. II. pag. 69 ὑπισχνεῖται θεραπεύσειν. MUNCK.

Καταλαβοῦσα δὲ αὐτὸν ἐχόμενον ὑπ' ἀτεκνίας ὑπισχνεῖτο καὶ ἐδίδασκεν τὸν τρόπον αὐτῷ, ὄφεις καὶ σκορπίους καὶ σκολοπένδρας, εἰ γένοιντο παῖδες. ὁ γὰρ Μίνως οὔρεσκεν· καὶ ἀπέθνη-

σκον

duplum mitteret, conſentit. Cephalus ubi eam domum ingredi animadvertit, jamque ad ſe, quem alium putabat, accumbere: facem ardentem infert, facinusque ejus arguit. Procris prae pudore Cephalum deſerit, & ad Minoëm Cretae regem confugit. Quem cum offendiſſet nullam habere prolem, pollicita eſt, & oſtendit ei modum, ſerpentes, & ſcorpios, & ſcolopendras, ſi naſcerentur li-

σκον cet.] Luxata haec in integrum reſtituit *Salmaſius*, uti oſtendit *Tollius* ad *Palaeph.* p. 153. probante *D'Orvill* ad *Charit.* p. 322. κὴ ἐδίδασκεν τὸν τρόπον, ᾧ γένοιντο παῖδες αὐτῷ. Ὁ γὰρ Μίνως ὄφεις κὴ σκορπίους κὴ σκολοπένδρας οὔρεσκεν, καὶ ἐπέθνησκον cet. Quae vertit *Tollius*: *& oſtendit modum, quo liberi illi naſcerentur. Minos enim ſerpentes & ſcorpios & ſcolupendras emiſit; ac moriebantur* cet. Sed prior *Salmaſius* haec viderit, an *Meurſius*, non dixerim. Certe hic eodem modo reſtituit locum, de *Regn. Athen.* p. 137. vertitque: *Et oſtendit ei modum, quo liberi ipſi gignerentur. nam Minos mingebat ſerp.* cet. Sed etiamnum eſſe, quo obſcuretur locus, non viderunt, optime a *Munckero* illuſtratus, ſi pro ὑπισχνεῖτο κὴ ἐδίδασκεν legas: ὑπισχνεῖτο διδάσκειν, *promiſit ſe docturam*, atque adeo Graecae linguae genio magis conveniet, ſi paullum inmutemus: ὑπισχνεῖτο διδάσκειν, ὃν τρόπον αὐτῷ γένοιντο παῖδες. cet.

Ὄφεις κὴ σκορπίους] Hunc locum quemadmodum reſtituerit *Salmaſius*, in notis ad *Palaephatum Tollius* te docebit. Adde *Apollod.* Lib. III. Sed illud οὔρεσκεν me offendit. Eſt enim *Ionicum*, cujus dialecti in hoc ſcriptore nulla inveni veſtigia, niſi forte unum illud ἐπάϊστος cap. 34. ſi verum eſt, quod *Corinthus* notavit, ab *Ionibus* id poni pro φανερός. Reponere poſſis οὔρησεν. Aoriſtum actionem ſolitam notare nemo eſt qui neſciat. MUNCK. *Xylander* vertit illud οὔρεσκεν, *Minos enim* (liberos) *non habebat*, acſi legeretur: οὐκ ἔχει. *Munckerus Ioniſmo* offenſus tum hic, tum in *Epiſt. ad Heinſ. Syll. Epiſt.* T. V. p. 355. vulgatam lubens ejiceret, ſed perperam, propterea quod nondum liqueat, an *Ioniſmus* hic ſta-

θερας, εἰ γένοιντο παῖδες· ὁ γὰρ Μίνως οὔρεσκεν· καὶ ἀπέθνησκον αἱ γυναῖκες ὅσαις ἐμίγνυτο· Πασιφάη δ' ἦν Ἡλίου θυγάτηρ ἀθάνατος· ἥγ' οὖν Πρόκρις ἐπὶ τῇ γονῇ τοῦ Μίνωος, μηχανᾶται τοιόνδε· κύστιν αἰγὸς ἐνέβαλεν εἰς γυναικὸς φύσιν, καὶ ὁ Μίνως τοὺς ὄφεις πρότερον ἐξέκρινεν εἰς τὴν κύστιν· ἔπειτα δὲ

statuendus, ut alio loco videbimus.

Πασιφάη δὲ ἦν Ἡλίου θυγάτηρ ἀθάνατος.] Haec *Antonini* mens est, omnes mulieres, quibuscum rem habebat *Minos*, moriebantur, sed uxor ejus idcirco non moriebatur, quia *Solis* filia, atque adeo immortalis, sed *Apollod.* L. III. c. 14. aliam rationem reddit: Πασιφάη, ἐπειδὴ πολλαῖς Μίνως συνηυνάζετο γυναιξὶν, ἐφαρμάκευσεν αὐτόν· καὶ ὁπότε ἄλλῃ συνηυνάζετο, εἰς τὰ ἄρθρα ἐφίει θηρία· καὶ οὕτως ἀπώλλυντο.

Ἐπὶ τῇ γονῇ ξὺν τοῦ Μίνωος,] Τὸ ξὺν alieno positum loco censeo, & corruptum ex χρῖμα, ut forsan fuerit: ἐπὶ τῇ γονῇ τοῦ Μίνωος χρῖμα μηχανᾶται τοιόνδε. MUNCK. Illud ξὺν in priorem *Berkelii* Ed., nescio quomodo, irrepserat, quod hic in altera monuit, quamquam in contextu remansit, ut *Munckerus* hic *Xylandrum* consulere neglexerit.

Κύστιν.] Hinc turpis illius pelliculae nomen, quod a penetralibus suis arcet *Vesta*, accepisse linguam nostram vernaculam censet in epistolis *Lipsius*. Refer huc illud *Juvenalis:*

—— Optima summi
Nunc via processus vetulae vesica beatae.

Scilicet κύστις pro κύσθος etiam apud Graecos usurpari, ut *Suidas* notavit. Idem colligas ex *Glossis Stephani*, in quibus invenio: *Supercunnum*, ἐφήτιον, ἐπικυστίς. Mirifice dictum. Ita in *Glossario Benedicti: Infranares*, μύσταξ. *Submentum*, ἀνθερεών. *Interdita*, μεσοδάκτυλα. leg *Interdigita* In *Glossis Cyrilli*, μάλη, *subraco*, *sub ala.* leg *sub brachio.* Μετωμήριον, *Interfemus.* leg. *Inter femur.* Μεσόφρυον, *Intercilium.* Μετάφρενον, *Interscapilium.* Πρόναον, *Ante templum.* Ne *digita* mireris, vide mihi quam multa contra vulgarem usum οὐδετέρως in vett. *Gloss.* efferantur. *Articulum*, ἄρθρον. *Articula*, ἄρθρα. *Nervia*, νεῦρα. *Petron. Fragm. Tragur.* p. 17. *Edit. Comer. Mortuus pro mortuo, qui habet nervia prae-*

liberi. Minos enim non habebat: & moriebantur mulieres, quibus cum rem habebat. Pasiphaë autem, Solis filia, erat immortalis. Procris ergo ad Minois procreationem tale quippiam machinatur. vesicam caprae in membrum mulieris inserit, & Minos serpentes prius excreverat in vesicam: deinde

praecisa. *Non.* cap. III 149. ut probet *nervia* esse neutri generis, producit ex *Varronis Satyra* ὄνος λύρας: *Et id dicunt suam Briseidem producere, quae ejus nervias tractare solebat.* Nisi *nervia* heic legas, quomodo id, quod intendit, evincet hoc exemplo *Nonius*? *Gladium*, ξίφος. *Gladia*, ξίφη. *Stumbilum*, κέντρον. leg. *Stimulum.* *Gloss. Cyrill.* ὦμος, *Humerum.* Ἀσκὸς ταύρειος, *culleum.* & sexcenta alia. Caeterum, ut *digitus* & *digitum* Latini, ita δάκτυλος Graeci & δάκτυλον dicunt. *Anthol.* Lib. I. cap. 86. *Epigr.* 8. θοὰ δάκτυλα χειρός. Lib. IV. cap. 25. *Epigr.* 1.

Δάκτυλα καὶ μυσῶν κρείσσονα καὶ χαρίτων.

Musaeus vs. 114.

Ἠρέμα μὲν θλίβων ῥοδοειδέα δάκτυλα χειρός.

Adde quae *Nansius* ad *Nonn. Paraphras.* cap. XIX. vs. 130. notavit. Metaplasmus ille *Ionicus* videtur. *Hom. Il.* E. vs. 722. Καμπύλα κύκλα. Annotat *Scholiastes*: Ἰωνικῶς, κύκλους, τοὺς τροχούς. Sic φιμὰ pro φιμοὺς in *Epigr.* *Anytes* Lib. I. cap. 33 Numer. 28. Existimabam aliquando τὸ δάκτυλα restituendum esse *Anthol.* Lib. I. cap. 84 *Epigr.* 3.

Τέρπε δανειζόμενος τὴν σὴν φρένα. Τοῖς δὲ δανεισαῖς
Κάλλιπε τὴν ψῆφον δάκτυλι καμψοδύνῳ.

Legebam, inquam, δάκτυλα καμψοδύνοις. vel, quod elegantius videbatur, δακτυλοκαμψοδύνοις. Postilla meliora edoctus rescripsi δακτύλῳ pro δάκτυλι. Mutarunt, quos licentia poëtica offendebat, de qua inter alios in primis videndus *Nansius* ad *Nonni Paraph* c. IX. vs. 189. Eadem de causa corruptum censeo Lib. III. c. 22. *Epigr.* 22.

Ἐν πόντῳ Σώδαμος ὁ Κρὴς θάνεν, ὦ φίλε Νηρεῦ;
Δίκτυα καὶ τὸ σὸν ἦν κεῖνο σύνηθες ὕδωρ.

Lego, κείνῳ. Plura σὺν Θεῷ alias ad illud Florilegium. MUNCK.

Παρὰ τὴν Πασιφάην εἰτιὰν ἐμίγνυ-

δὲ παρὰ τοῦ Πασιφάης εἰσιὼν, ἐμίγνυτο· καὶ ἐπεὶ αὐτοῖς ἐγένοντο παῖδες, ὁ Μίνως δίδοι τῇ Πρόκριδι τὸν ἄκοντα καὶ τὸν κύνα. τούτους δὲ οὐδὲν ἐξέφυγε θηρίον, ἀλλὰ πάντα ἐχειροῦντο· καὶ ἡ Πρόκρις δεξαμένη, ἀφίκετο εἰς Θορικὸν τῆς Ἀττικῆς, ὅπου ᾤκει ὁ Κέφαλος· καὶ σὺν αὐτῷ ἐκυνηγέτει, ἐξαλλάξασα τὴν

γνυτο·] Οἱ ό II *Reg*. cap. XI. vſ. 4. καὶ εἰσῆλθε πρὸς αὐτὴν, καὶ ἐκοιμήθη μετ᾽ αὐτῆς. Εἰσελθεῖν, εἰσπορεύεσθαι πρός τινα, λόγοι σεμνοί. De quibus confule *Gatakerum* in *Diſſert.* de *Stylo Novi Inſtrum.* cap. XI Pari verecundia, ut εισελθεῖν de viro, ita συνελθεῖν de conjugibus dicebant. Vid. *Alexandr Morum* ad *Matth.* cap. I. vſ. 18. Cave tamen putes de ſolis conjugibus, nec etiam de quovis furtivo concubitu dici. *Apollod.* Lib. III. p. 144. Ἀντιόπη θυγάτηρ ἦν Νυκτέως. Ταύτῃ Ζεὺς συνῆλθε. MUNCK.

ὁ Μίνως δίδοι τῇ Πρόκριδι τὸν ἄκοντα καὶ τὸν κύνα.] Canem *Procridi* a *Diana*, quod et *Ovid.* L. VII. *Metam.* vſ. 754. datum tradit *Hygin.* c. 189. cui ab eâdem muneri adjungit *jaculum*. Sed *Poët. Aſtron.* Lib. II. c. 35. Canem hunc a *Jove Europae* cuſtodem appoſitum, & ad *Minöa* perveniſſe, a quo *Procris* eum muneri accepiſſet. De utroque varii varia. Vid. quos *Heinſ.* ad *Ovid.* d. l. laudat. Poſterior *Hygini* locus, &, quem *Meurſius* citat, *Pollucis* L. V. c 5. *Antonino* adſentitur ut hinc lux affulgeat *Apollodoro*, qui L. III. c. 14. medica manu eget: Ἔχοντος οὖν Κεφάλου αὐτοῦ κύνα ταχὺν, ἀκόντιόν τε ἰθυβόλον· ἐπὶ τούτοις Πρόκρις ἰδοῦσα τὸν ἄνδρα, τὴν κιρκαίαν πίει ῥίζαν, πρὸς τὸ μηδὲν βλάψαι, καὶ συνευνάζεται. Ita dedit *Aegius* nullam offendens difficultatem, nec variantes Mſtorum lectiones indicans. *Commelin.* Κεφάλου & τε uncis incluſit, quod dein reliqui ſunt ſecuti, monuitque prius, quod in Cod. *Palat.* non extabat, delendum, & αὐτοῦ ad *Minoa* referendum eſſe, ejusque veſtigia preſſit *Faber*, indicato *Commelini* nomine, ſecus ac *Galeus*, qui, quod facit ſaepe, ejus nomen celans illius tamen notatis utitur, niſi quod addat, Κεφάλου etiam ab *Oxon.* abeſſe. Verum, uti res ipſa loquitur, *jaculum* illud & *canem* penes *Minoa* fuiſſe, atque adeo illud Κεφάλου ſublatum ſaniorem ſenſum praebere loco, nondum tamen omnis difficultas ſublata eſt, quod non viderunt Editores. Nam eumdem Gloſſatorem, qui illud Κεφάλου, ad locum

inde ad Pasiphaën ingressus, cum ea coïit. Postquam prolem adepti fuerunt, dat Minos Procridi jaculum & canem, quae nulla fera evitare poterat, sed omnes iis capiebantur. His sumtis, Procris Thoricum Atticae venit, ubi Cephalus habitabat, & ei in venatione adfuit mutato habitu in viri-

cum illustrandum, scilicet, intrusit, eodem animo in seqq. τὸν ἄνδρα, quo iterum ad *Cephalum* respexit, qui tamen numquam minus opportune hic adfuisset, infarsit. Praeterea illud πιει ab *Apollodoro* profectum esse non est verisimile, unde *Faber: Miror istud πίει; conjecturas meas aperire nihil necesse est.* Vellem tamen aperuisset; nam *Galei* nota: *minus frequens, quam* πίνει, parum lucis adfert, nisi quod illud pro hoc repositum indigitet, quemadmodum *Toussainctius* juvenis olim doctiss. vel πίνει vel πιέζει legendum conjecerat. Jam vero haec, si quid video, *Apollodori* mens fuit: *Procrida* cum *Minoa* congressam fuisse, ut pro mercede, *ea conditione*, ut, si ei morem gereret, ab eo acciperet jaculum illud & canem, quod, quum illa ἐπὶ τούτοις clare indicent, nemo Graecae linguae gnarus negaverit, unde *Galeo* ad τὸν ἄνδρα non solum non offenso, verum etiam ad *Cephalum* referenti, haec excidissent nollem: ἐπὶ τούτοις, *totum in his cum sciret virum suum.* Facili modo mihi locus videtur restitui posse, auctoritate *D'Orvillianae* Coll. in multis minime contemnendae: Ἔχοντος οὖν αὐτοῦ (nempe *Minois*, qui praecedit) κῦνα ταχὺν, ἀκόντιον ἰθυβόλον· ἐπὶ τούτοις Πρόκρις ἴδου τὴν Κιρκαίαν πίειν ῥίζαν, πρὸς τὸ μηδὲν βλάψαι, συνευνάζεται. In accentibus saepe negligentior est, ut vel hoc loco patet, κῦνα, quamquam illud in omnibus *Apoll.* Editt. obtinet, ἴδου & πίειν, ut hoc observanti non difficulter lectio suae integritati restituatur: Ἔχοντος οὖν αὐτοῦ κύνα ταχὺν, ἀκόντιόν τε ἰθυβόλον· ἐπὶ τούτοις Πρόκρις ἰδοῦσα (Μίνωα) τὴν Κιρκαίαν πιεῖν ῥίζαν, πρὸς τὸ μηδὲν βλάψαι, συνευνάζεται. *Cum Minoe pacta, ut jaculum et canem acciperet, cum eo concubuit, viso, illum Circaeam radicem bibisse*, quasi ἀντίδοτον, *ut ne ei*, quemadmodum aliis mulieribus, *detrimenti quid inferretur.*

Συν' αὐτῷ] Ediderant, συν' αὐτοῦ. Atqui σὺν non cum gignendi, sed dandi casu jungitur. MUNCK.

τὴν ἐσθῆτα, καὶ τὴν κουρὰν τῆς κεφαλῆς εἰς ἄνδρα, καὶ οὐδεὶς αὐτὴν ἰδὼν ἐγνώρισε. Κέφαλος δὲ ἰδὼν ὅτι αὐτῷ μὲν οὐδὲν ἐπετύγχανε τῶν πρὸς τὴν θήραν, ἅπαντα δὲ συνέφερε πρὸς τὴν Πρόκριν, ἐπεθύμησεν αὐτὸς τὸν ἄκοντα τοῦτον λαβεῖν· καὶ προσυπέσχετο δώσειν, εἰ αὐτῇ τῆς ὥρας ἐθελήσαι τῆς ἑαυτοῦ χαρίσασθαι· ὁ δὲ Κέφαλος παρέχεται τὸν λόγον, καὶ ὅτε κατεκλίνησαν, ἐξέφηνεν ἑαυτὴν ἡ Πρόκρις,

Συνέφερε] h. c. συνεφέρετο, συνέδραμε. *Schol. Soph. Aj. Flagell.* vs. 431. ξυνοίσειν] συνδραμεῖν, συνεισεχθῆναι, καὶ εἰς ταὐτὸν ἐλθεῖν. MUNCK.

Ἐι αὐτῇ τῆς ὥρας ἐθελήσαι τῆς ἑαυτοῦ χαρίσασθαι·] Plena haec est locutio, de qua vid. Cl. *Ruhnk.* ad *Tim. Lexic.* p. 195. Quae de *juventute* pro *juventate* hic habet *Muncker.* inprobantur a *Dukero* ad *Flor.* Lib. I. c. VII. §. 9.

Τῆς ὥρας] Ὥρα heic est *flos aetatis.* Unde οἱ ἐν ὥρᾳ *juvenes Luciano.* *Praeflorata* devirginata, sive decalanticata, ut loquitur *Lucilius*, *Apulejo* in *Apologia.* Facit huc cum primis, quod in lepidissimo epigrammate ibidem legitur:

Tu mihi da contra pro verno flore tuum ver,
Ut nostra exuperes munera muneribus.

Caeterum quod heic dicit *Antoninus*, id sic expressit *Hyg.* c. 183. *Da mihi, quod pueri solent dare.* Et *Astron.* II. c. 5. *Hunc autem cum vidisset Hypolipnus puerum aetate miranda corporis pulcritudine praestantem, mercedem petiisse ab eo, quae sine detrimento ejus daretur.* Ignominiosus hic *Liberi* amator *Prosumnus* dicitur *Arnob.* Lib. V. *Polyhypnus Nazianzeno.* Atque ita istic esse reponendum recte observavit ad *Jul. Firm.* de *E. P. G. Wouwerius.* Infandam innuunt καταπυγοσύνην. Non videtur praetereundum *Horam* Latinis pro *Hebe* nonnunquam poni. *Enn. Annal.* I.

Teque, Quirine pater, veneror Horamque Quirini.

Nonius Marcellus: Hora, juventutis dea. *Merula* rescribit, *Hora, Juventas dea.* *Agraetius* in Glossis: *Juventus, ipsa hominis aetas. Juventas, dea* ΗΒΗ, *ut Graecis dicitur.* Pro aeta-

virilem, & tonſo capillo, ita ut a nemine agnoſceretur. Cephalus animadvertens ſe venando nihil conſequi, omnia Procrin, jaculum iſtud accipiendi cupiditate eſt captus. Procris id ei promiſit conditione concubitus. Cumque Cephalus conditionem accepiſſet, Procris ſe prodidit: eique expro-

aetate tamen hanc vocem *Lucret.* Lib. V. & *Virg. Aen.* VIII. uſurpant; ut contra nummi veteres apud *Antonium Auguſtinum* varie *Juventus* & *Juventas* & *Juventa* inſcriptum habent cum expreſſo divae ſimulacro. Adeo ut nihil neceſſe ſit in *Hygini Geneal.* pro *Juventus* reſtitui *Juventas*, ut a me factum. Mirificus eſt luſus in varietate nominum propriorum, ut quo te vertas ſaepe neſcias. In eadem *Genealogia* vir celeberrimus τὸ *Gyges* mutat in *Gyes*, quia ita *Apollodorus.* Quis non approbet? tamen *Heſiod.* Θ. 149. *Palaephato* cap. 20. Γύγης dicitur. Quod *Nereidum* haec nomina *Cymodoce*, *Melite*, *Iaera*, *Amphithoë*, *Ianira*, & *Ianaſſa* ab eodem refinguntur, tametſi ejus rei ipſi ratio conſtitit, factum tamen nollem. Omnia enim reperias apud *Homerum Iliad.* Σ. *Phaëtontides* mihi tentatae, quod aliis *Phaëtontiades* dicerentur, injuriam forte & ipſae fieri ſibi dicent. Φορκίδες eſſe *Palaephato*, quae *Heſiodo* Φορκυάδες. *Atlantida Calypſo Tibullo*, quae aliis *Atlantias*: Quam eſſe invidiam ita & ſe *Phaëthontides* dici pro *Phaëthontiades*? Plura alias τοῦ θεοῦ ad illud opuſculum Mythologicum. MUNCK.

Ἐθελήσαι:] Ita reſcripſi pro ἐθελῆσαι. Optativi non infinitivi modi eſt. MUNCK.

Παρέχεται τὸν λόγον,] Rectius, puto, legeris, προσδέχεται. Nam παρέχεσθαι ſive παρέχειν eſt *praeſtare.* *Gloſſ. Cyrill.* Παρέχω, *adhibeo*, *tribuo*, *exhibeo*, *praeſto.* Eodem ſenſu ἀποδέχεσθαι, & προσδέχεσθαι uſurpari hoc capite vides. c. 37. ὑποδέχεσθαι. MUNCK.

Ὅτε κατεκλίνησαν,] h. e. ἀνέπεσον. Haec verba in verſione male omittit Interpr. *Gloſſ.* vet. Con-

κρις, καὶ ὠνείδισε τὸν Κέφαλον, ἧ αὐτὸς πολὺ αἴσχιον ἐξαμάρτοι. Καὶ τὸν μὲν κύνα καὶ τὸν ἄκοντα λαμβάνει Κέφαλος· Ἀμφιτρύων δὲ χρῄζων τοῦ κυνὸς, ἀφίκετο παρὰ τὸν Κέφαλον, εἴγε ἐθελήσειεν ἅμα αὐτῷ ἐπὶ τὴν ἀλώπεκα βῆναι σὺν τῷ κυνὶ, καὶ ὑπέσχετο τῆς λείας Ἀμφιτρύων ἀποίσειν τῷ Κεφάλῳ τὴν μοῖραν, ἣν ἂν ἐκ τῶν Τηλεβόων λάβῃ· ἐφάνη γὰρ ἐν χρόνῳ τούτῳ Καδμείοις ἀλώπηξ, χρῆμά τι ἐξηλλαγμένον· αὕτη συνεχῶς ἐκ τοῦ Τευμησοῦ κατιοῦσα, πολλάκις τοὺς Καδμέους ἡρπάζετο·

Concubat, συγκατακλιθῇ. *Sulpicia:*

Ne me cadurci destitutam fasciis
Nudam Caleno concubantem proferat. MUNCK.

Ἡ αὐτὸς πολὺ αἴσχιον ἐξαμάρτοι.] *Quod multo turpius atque ipsa peccasset.* Ergo ἧς legendum.

Ἐξαμάρτοι.] Advertit me elegans ista λιτότης, qua & Latini frequenter de pudore violato utuntur. *Petron. Jupiter in coelo suo non invenit, quod eligeret, & peccaturus in terris, nemini tamen injuriam fecit. Horat.* III. *Od.* 27. vs. 37.

—— *Levis una mors est*
Virginum culpae.

Ov. II. *Met.* vs. 462.

—— *Nudo patuit cum corpore crimen.*

Virg. IV. *Aen.* vs. 172.

Conjugium vocat, hoc praetexit nomine culpam.

Quod imitandum sibi duxit *Sulmonensis* ille Eques VII. *Met.* vs. 69.

Conjugiumne vocas, speciosaque nomina culpae
Imponis?

Mundi Sospitator ad moecham *Joh.* c. VIII. vs. 11. πορεύου, καὶ μηκέτι ἁμάρτανε. *Luc.* VII. vs. 37. γυνὴ ἁμαρτωλὸς est *meretrix.* Nam id genus mulieres ἁμαρτάδας a Graecis vocari perquam apposite ad illum locum observat *Casaubonus.* Etiam *Hieronymus* hunc locum ita explicat Lib. I. *Epist.* 9. *Edit. Canisii.* Comparatque istam ἁμαρτωλὸν cum scortante *Hierusalem*, quae omni transeunti diviserat pedes, ut est apud *Ezech.* c. XVI. Ejusdem capitis vs. 34.

probravit, quod multo turpius atque ipsa peccasset. Atque canem quidem & jaculum Cephalus accepit. Amphitruo autem canis opera indigens, venit ad Cephalum: rogavitque ut secum ad venandum vulpem proficiscatur, promissa praedae parte, quam de Telebois esset capturus. Eo enim tempore Cadmeis apparuit vulpes, prodigiosum animal, quae identidem a Teumesso irruens, Cadmeorum pueros

execranda τῶν ἐπιτρίπτων recutitorum de *Christo* vox est: Τελωνῶν φίλος καὶ ἁμαρτωλῶν. Vide an verti possit, *Publicanorum amicus & meretricum*, ut publicani & meretrices, tanquam summi peccatores, conjungantur, quemadmodum *Matth.* XXI. vs. 31. Οἱ τελῶναι καὶ πόρναι προάγουσιν ὑμᾶς. MUNCK.

Εἴγε ἐθελήσειεν] *Aeolicum* hoc facit *Berkelius*. *Atticum Munckerus*. Posset legi: Εἴγε ἐθελήσαι ἄν, sed nihil mutandum.

Ἐπὶ τὴν ἀλώπεκα] Haec *Cadmeos* rapiebat. *Xylander* vertit *Cadmeorum pueros*, sed, etsi χρῆμά τι ἐξηλλαγμένον erat, vulpinae tamen vires pueros aeque ac adultos abripiendo non essent, nam ei quod singulis mensibus devorandus exponebatur puer, eadem de caussa factum, qua supra c. VIII. idem monstro *Lamiae* fieri vidimus, quae etiam ante ἀνήρπασεν ἐκ τῶν ἀγρῶν τὰ θρέμματα καὶ τοὺς ἀνθρώπους. Quid per illam vulpem intelligendum, docet *Palaephatis*: Ἀνὴρ Θηβαῖος καλὸς, κἀγαθὸς, ἐκαλεῖτο Ἀλώπηξ. ὃς ἦν πανοῦργος. οὗτος συνέσει πάντας ἀνθρώπους ἐνίκα. Frequens hoc, ut bestiarum nomina hominibus dentur pro affectibus, qui potissimum in iis dominantur. Sic *Leo*, homo fortis. *Tzetz.* ad *Lycophr.* vs. 33. *Draco*, insidiator. *Potter.* ad Eumd. p. 1120. *Cervus*, timidus. *Schol. Hom. Il.* A. vs. 225. *Sus*, indoctus. idque genus alia. Vid. *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. L. XIII. cap. 25.

Τευμησσοῦ] *Teumessus* mons est *Boeotiae*. *Hesychius*: Τευμησσὸς, ὄρος Βοιωτίας. Τευμησσία, περὶ Τευμησσίας ἀλώπεκος οἱ τὰ Θηβαϊκὰ γεγραφότες ἱκανὰ εἰρήκασι.

το· καὶ αὐτῇ παρέθεσαν παιδίον διὰ τριακοστῆς ἡμέρας· ἡ δὲ κατήσθιε λαμβάνουσα, καὶ ἐπειδὴ Ἀμφιτρύωνος ἰόντος ἐδεήθη Καδμείων ἐπὶ Τηλεβόας αὐτῷ συστρατεῦσαι, καὶ οἱ δ᾽ οὐκ ἔφασαν εἰ μὴ αὐτοῖς τὴν ἀλώπεκα συνεξέλοι, συντίθεται Ἀμφιτρύων ἐπὶ τούτοις πρὸς τοὺς Καδμείους· καὶ ἐλθὼν πρὸς τὸν Κέφαλον, ἔλεγεν τὴν συνθήκην. καὶ ἔπειθε βῆναι εἰς ἄστον τῷ κυνί· ὁ δὲ Κέφαλος ἀποδέχεται, καὶ ἐλθὼν κυνηγετεῖ τὴν ἀλώπεκα, ἦν δὲ θεμιτὸν, οὔτε τὴν ἀλώπεκα καταληφθῆναι ὑπό τινος

κασι. Confentiunt *Stephanus*, *Tzetzes Chil.* I. 20. *Pollux*. L. VI. cap. 5. ubi & hiftoriam de cane iftoc habes. Sed cur Τευμησίαν potius in *Hefychio*, quam Τελμησίαν fcribunt? Male Τελμησίαν illam appellat *Palaephatus*, & *Suid.* Τελμισίαν. Impofuiffe illis videtur *Telmeffus Lyciae* mons, de quo in *Bellerophonte Palaephatus*. *Apoftolium* in hac voce etiam *Cent.* XVIII. 42. corruptum bene in notis fuis ad illum Scriptorem reftituit *Pantinus*. Sed miror illum non animadvertiffe in eadem paroemia pariter vitiofa effe ifta: Κέφαλον δὲ φασι τὸν Δηΐονος. Legend. enim, Δηΐονος. Vid. notata a nobis ad *Hyg*. c. 170. & 189. MUNCK.

Διὰ τριακοστῆς ἡμέρας·] h. e. κατὰ μῆνα, ut in hac fabula loquitur *Apollod.* L. II. MUNCK.

Ἀμφιτρύωνος ἰόντος] Syntaxis poftulat: Ἀμφιτρύων ἰών. Contrarium σολοικοφανὲς eft in illo *Ariftotelis*: Ἀνοίξαντες τοῦ σώματος πόρους, πάλιν γίνεται πῦρ. Et *Eur. Phoen.* vf. 290.

Μέλλων δὲ πέμπειν μ᾽ Οἰδίπου κλεινὸς γόνος
Μαντεῖα σεμνὰ, Λοξίου τ᾽ ἐπ᾽ ἐσχάρας.
Ἐν τῷ δ᾽ ἐπεστράτευσαν Ἀργεῖοι πόλιν.

De illis, quae σολοικοφανὲς aliquid habent in N. T. confule *Jac. Lydii Coen. Dom. Literat.* pag. 83. MUNCK.

Βῆναι εἰς ἄστον] Ψεύσομαι, ἢ ἔτυμον ἐρέω; κέλεται δέ με θυμός. Scripfiffe *Liberalem* autumo, εἰς Τευμησὸν, vel, εἰς Θήβας σὺν τῷ κυνί. Pofterius praefero. *Hyg. Aftron.* Lib. II. Fabula *Canis*. *Quem ducens fecum*

ſos rapiebat: eique puer exponebatur trigeſimo quoque die, quem illa ablatum devorabat. Cum ergo Amphitruo in Teleboas bellum movens auxilia Cadmeorum poſceret, non alia conditione promiſerunt, quam ſi eos in vulpe perdenda juvaret. Id pactus cum Cadmeis Amphitruo, ad Cephalum profectus, pactum ei exponit: perſuadetque ut cum cane ſecum eat. Aſſentitur Cephalus, profectusque vulpem venatur. In fatis erat, ut neque vulpes capi, neque canem evitare inſequentem quicquam poſ-

cum Thebas pervenit; ubi erat vulpes, cui datum dicebatur omnes canes effugere poſſe. MUNCK. Sed ex *Antonini* & *Apollodori* mente potius legendum eſſet εἰς Καδμείαν. Ad *Act. Apoſt.* cap. XXVII. c. 13. vulgatam lectionem quodammodo probat Cl. *Alberti*, integritatis tamen non ſecurus. Certum eſt, e fine vocis nihili ἄσσον repetendum eſſe σὺν, ſed ipſa vox uti reſtituatur, nondum liquet. Cl. *Valcken.* legendum conjicit: ἔπειθε βῆναι ἐπ' ἴσοις σὺν τῷ κυνί. Cl. *Ruhnken.* ἔπειθε βῆναι εἰς ἆθλον σὺν τῷ κυνί. Utraque conjectura ſe ſatis probat. Ἐπ' ἴσοις, *aequali conditione*; nam praecedit paullo ante: ὑπέσχετο τῆς λείας Ἀμφιτρύων ἀποίσειν τῷ Κεφάλῳ τὴν μοῖραν, ἣν ἂν ἐκ τῶν Τηλεβόων λάβῃ, nec multum differt ab *Apollodoro* L. I. c. IV. §. 7. Συνέπειθεν ἐπὶ μέρει τῶν ἀπὸ Τηλεβόων λαφύρων. Alterum juvat *Herodot.* L. I. c. 42. Ἄλλως μὲν ἔγωγε ἂν οὐκ ἤια ἐς ἄεθλον τοιόνδε. Etſi tantis viris facile cedo, tamen meas etiam indicare per eos licebit. Quod, ut ad litterarum ductus propius accederem, conjeceram: Βῆναι εἰς ἄλσος σὺν τῷ κυνὶ, poſtea ipſe rejeci. Aliarum nondum poenitet: βῆναι εἰς θήραν σὺν τῷ κυνὶ, vel βῆναι ἐπ' αὐτὴν σὺν τῷ κυνί. Illud confirmat *Apollod.* d. l. Ἄγειν ἐπὶ τὴν θήραν τὸν κύνα, & Lib. III. c. 14. μετὰ τούτου παραγίνεται εἰς θήραν: hoc ipſe *Antoninus*, qui praemittit: οἱ δ' οὐκ ἔφασαν εἰ μὴ αὐτοῖς τὴν ἀλώπεκα συνεξέλοι propterea quod, ut ubique liquet, repetitiones amat, ubi dixit ante: εἴγε ἐθελήσειεν ἅμα αὐτῷ ἐπὶ τὴν ἀλώπεκα βῆναι σὺν τῷ κυνί.

Θεμιτόν,] Interp. *In fatis erat.* Hoc eſſet, εἱμαρμένον, πεπρωμένον. Atqui θεμιτὸν dicitur,

νος διώκοντος, ὐδὲ τὸν κύνα ἐκφυγεῖν διωκόμενον ὐδέν· ἐπεὶ δὲ ἐγένοντο ἐν τῷ πεδίῳ τῶν Θηβαίων, Ζεὺς ἰδὼν, ἐποίησεν ἀμφοτέρυς λίθυς.

Τέλος τῆς Ἀντωνίνυ Λιβέραλις Μεταμορφώσεων συναγωγῆς.

tur, non quod fatale eſt, ſed quod licitum & fas. *Gloſſ. Cyrill* θεμιτὸς, *licitus.* θεμιτὸν, *licitum.* Noſter cap. 19. & 32. ὅσιον appellat. Solenne eſſe Graecis cumulare negationes nec pueri ignorant. Atque inde adeo ſuſpicio mihi incidit ſcripſiſſe forte *Liberalem*, οὐκ ἦν δὲ θεμιτόν. *Fas non erat.* Superius cap. 19. Καὶ ἔςιν ὅσιον ὐδένα ὔτε θεὸν ὔτε θνητὸν παρελθεῖν. Et ibi reſtituere conatus ſum: Καὶ οὐκ ἔςιν ὅσιον. Verti ad verbum poteſt: *Nec fas erat quenquam neque deum neque ho-*

posset. Cum ergo jam vulpes canisque in planicie essent Thebana, Jupiter utrumque in lapidem mutavit.

Antonini Liberalis Metamorphoseon
Finis.

hominem transire. Nam posterior negativa οὐδεὶς respondet particulae *quisquam* apud Latinos. *Demosth.* μὴ μοι θορυβήσῃ οὐδείς. Imitatur Graecos *Tibullus* Lib. IV. *Eleg.* 7.

Non ego signatis quisquam
mandare tabellis,
Ne legat id nemo, quam meus
ante, velim.

h. e. Ne legat id quisquam. MUNCK. *Sophocl. Elect.* vs. 434.

—— —— οὐ γάρ σοι θέμις,
Οὐδ' ὅσιον cet.

EXCURSUS

IN

DIALECTOS

ANTONINIANAS.

De Dialectis in nostro Scriptore obviis separatim agere, quam ubique in notis diversas opiniones infercire, malui, tum quod in contentionem tandem, ut fit, abiit haec res, tum quod paullo amplius de ea differere visum fuit. Quod dum tyronum in gratiam facio, etiam vulgaria quaedam, alias omittenda potius, non praetermittenda duxi. Ex eo enim, quod Libelli hujus Editores adeo discrepent, alter praeter Communem vel potius *Atticam* ut nullam agnoscat dialectum, sed, si quid inde sibi contraxerit, vitiosam lectionem pronuntiet, alter certissima omnium dialectorum vestigia deprehendisse sibi videatur, patet, nondum ad plenum deductam rem esse.

Dialectorum notitiam eo magis utilem & necessariam judico, quo certior sum, quam plurimos ex earum ignorantia multorum Interpretum errores provenisse, sed eas dignoscere non tam facile existimo, ut omnia peculiari suo idiomati adjudices.

Cuique sua propria sunt, & haec nullo negotio a ceteris distinguuntur: multa, quae cum aliis communia cui potissimum tribuas, dubites.

Minus animadvertimus, quod tamen constat manifesto, Dialectum *Doricam* distinguendam esse in novam & veterem, & hanc ita cum *Aeolica* esse cognatam, ut altera ad alteram facile referri possit: Illam quoque ad *Ionicam* nonnihil emollitam fuisse, ut nuper ad *Theocritum* Cl. *Valckenarius* monuit. *Atticam* veterem & *Ionicam* fuisse eamdem, & ipsos scriptores, seu soluto seu ligato sermone scripserint, non tam anxie peculiare illud idioma, quo potissimum usi fuerunt, secutos fuisse, ut

non

non in commune, vel aliis proprium aliquando inciderint, quemadmodum ipsi *Attici* saepe alias linguae formas adhibuerunt, ut e *Dorica* Δαμώτης cet. liquet, & tandem, cam illorum dialectum vocari solere, quae prae ceteris in eorum scriptis dominatur.

De reliquis, quas subtiliores vocamus vulgo, *Creticâ*, *Laconicâ*, *Boeoticâ* cet. minus certo statuere quidquam possumus; quia has ex paucissimis, tum verbis, tum verborum terminationibus, hic illic sparsim obviis tantum discimus, nisi quod eas tamquam novae linguae formas consideremus, ab iis profectas, qui in alias Colonias transmigrantes suum quisque idioma retinebant quidem, sed ad indigenam linguam componebant, vel utramque miscebant, unde tandem veluti nova inter utramque enascebatur.

Siculis, ut hoc utar exemplo, *Dorica* dialectus attribuitur indubitanter, sed numi eorum & monumenta non tantum *Doricae*, verum & aliarum vestigia diserte servant, eo quod Coloni erant, non *Corinthii* modo, & *Rhodii* & *Cretenses*, qui *Dorica*, sed & *Chalcidici*, qui *Ionica* sive *Attica* utebantur, e quibus duabus *Chalcidicam* inter & *Doricam* media tandem nata fuit, etsi utriusque venustate destituta, ut contra *Spanhemium*, *Vossium*, *Mattairium* cet. nuper probavit Eruditiss. *G. L. Castellus* in *Prolegom.* Siciliae Vett. Inscriptionum Novae Collectioni *praemissis.*

Ut, quidquid sit diversarum dialectorum, ex ipsa demum collatione diverso idiomate usorum scriptorum, cognosci posse existimem, quandoquidem, in quibus conspirant, patet, ea vel omnibus, vel aliis quamquam diversa dialecto usis, communia esse, vel, quibus differunt, peculiaria, atque adeo proprio eorum idiomati adjudicanda.

Scholiastae enim, & veteres illi Magistri, seu Grammatici, quibus quamquam plurima, etiam hoc nomine, debemus, caute audiendi. Sua Commentaria & Lexica iis scripserunt temporibus, cum Graecitatis elegantia & Antiquitates neglectae jacebant, & fere prorsus ignorabantur. Has excitare & erue-

eruere annisi saepe vel in depravatos Codices inciderunt, unde decepti deceperunt alios, vel quidquid olim commune erat & tritum, sed sua aetate obsoletum, magno cum hiatu observabant, & nescio quid plus justo in iis deprehensum elevabant.

Vetustiores, ut *Scholiastes Apollonii Rhodii*, *Aristophanis*, & si quis cum iis comparandus, facile excipiuntur, quemadmodum etiam omnia antiquiorum *Scholiastarum* deperditorum Fragmenta, quae posteriores suis *Scholiis* immiscuerunt.

Grammatici certe plurimum operae in dialectorum indagatione collocantes quod tamen ab aliis non tantum dissentiant saepe, sed & sibi ipsi nonnumquam obloquantur, inde profectum opinor, quod, exempli gratia, *Ionicae* dialecti propria observaturi, *Ionicum*, si *Doricae*, *Doricum* cet. scriptorem sibi legendum & excerpendum ubi sumsissent, quidquid observatu dignum censerent, id illi adjudicarent idiomati, quo potissimum usus fuerat scriptor, quia Linguae communis, qua utebantur omnes, vel etiam *Atticae* rationem non habebant, quemadmodum ἀνελεῖν pro μαντεύειν haud alia de re *Ionicum* dixit *Gregorius*, quam quod in *Herodoto Ionico* scriptore invenerat, uti in notis ad eumdem jam observatum. Hos qui dein secuti fuerunt, cum potuissent, nihil tamen rectius egerunt, ut ex *Aem. Porti* Lexico, a quo, nisi decipi velint, caveant tyrones, manifestum est.

Si itaque alter *Ionicum*, alter *Doricum* legerat, & eadem in utroque uterque animadverterat, idem, quod hic *Doricae*, *Ionicae* dialecto ille adjudicabat.

Si unus plures diversa lingua usos evolverat, & in his eadem quoque offenderat, omnibus iis dialectis, quibus diversi scriptores usi fuerant, adscribebant, unde nonnunquam invenies junctim: *Attice*, *Ionice*, *Dorice*. *Attice*, *Dorice* & *Aeolice* cet. Quae omnia e seqq. opinor, satis liquebunt.

Idem *Gregorius*, in *Atticis* versans, *Atticae* dialecti facit νεφεληγερέτα Ζεὺς, ἱππότα Νέστωρ cet. in *Aeolicis Aeolicae*, sed priora in memoriam revocans addit: ὡς καὶ οἱ Ἀττικοί. Nota ad prio-

rem

tem locum inedita a *Koenio* communicata magnam partem hausta est ex *Eustathio* ad *Il.* Α. vs. 175. Ἔστι δὲ, κατὰ τοὺς παλαιοὺς, Βοιωτῶν, καὶ Αἰολέων ὁ τοιοῦτος τύπος τοῦ σχηματισμοῦ. Sed hoc schema idem *Eustathius* ad *Odyss.* Γ. vs. 68. *Poëticum* facit, *Macedonicum* vero *Eudaemon Pelusiota* ei citatus.

Sint licet haec etiam *Poëtis*, *Boeotiis* & *Macedonibus* usitata, iis tamen prae ceteris propria dici non possunt, quae *Atticis* cum *Aeolensibus* sunt communia, & quae horum exemplo illi fuerunt imitati. Sic ad *Il.* Α. vs. 248. Το μὲν λοιμοῖο, καὶ δενδροιο, καὶ ἵπποιο, Θετταλῶν γλώσσης ἐστί. Quae tamen *Ionum* sunt & poëtarum. Eodem loco Κρητῶν γλώσσης, τὸ θεράπων, ubi procul dubio aliud quid voluit, quod habet vs. 321. τὸ δὲ θεράπων, κατὰ Κρῆτας, δοῦλον, φασὶ, δοῦλον ὁπλοφόρον, ὅπερ οὐκ οἶδεν Ὅμηρος. Sed ad *Dionysii Perieg.* in quem prius commentatus fuit, vs. 533. ἱστορεῖται δὲ ἐν Χίῳ .... πρώτους τοὺς ἐκεῖ θεράπουσι χρήσασθαι .... ὡς καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐχρήσαντό ποτε εἵλωσι, καὶ Μακεδόνες πενέσταις .... καὶ Κρῆτες δμωΐταις .... ἄλλοι δὲ Κρητικὴν λέξιν τῶν θεραπόντων εἶπον εἶναι, ὡς τῶν Κρητῶν τὸν ὁπλοφόρον λεγόντων θεράποντα. Quae sunt intricata. Certe Πενέσταις usus est *Theocritus* de regiis ministris, *Idyll.* XVI. vs. 35. ubi *Theopompus* apud *Scholiasten* secus: τοὺς δουλεύοντας τῶν ἐλευθέρων, φησὶ, καλεῖσθαι παρὰ Θεσσαλοῖς, ὡς παρὰ Λακεδαιμονίοις εἵλωτας.

Sed ad ea transeamus, quae in *Antonino* controversa videntur, & priores Editores, etsi acriter hac de re contendentes, intacta reliquerunt.

Χύτρος, quod C. XXXVI. extat, *Ionicum* facit *Gregorius* & *Doricum*. Sed *Eustath.* ad *Hom. Il.* Α. vs. 22. *Ionicum* & *Atticum.*

Δένδρεσι C. XXII. *Atticum*, ubi de *Attica*: *Doriensium*, ubi de *Dorica* dialecto agit, idem *Gregorius*.

Ἐξαπίνης alii Poëticum, *Atticum* alii. Ἐξαίφνης vero commune. Utrumque Nostro est, illud C. XXXIV. hoc C. XXII. Utrumque passim occurrit non tantum apud Poëtas, *Homerum*, *Aristophanem*, sed & alios. Ο ὁ *Num.* C. VI. c. 9. ἐξάπινα de-

derunt. *Marcus Euangel.* itidem C. IX. c. 8. ἐξάπινα, C. autem XIII. c. 36. ἐξαίφνης. *Schol. Ariſtoph. Plut.* (vſ. 353. ἐξαίφνης) vſ. 336. & 339. ἐξαπίνης, Ἐξαπίνης ϗ ἐξάπινα. γίνεται παρὰ τὸ ἀφανὴς, ἄφνα & ἄπινα. Ut mirer *Stephanum* in *Lexico* urſiſſe *Xenophontem*, licet voce ἐξαπιναια uſus ſit, dicere noluiſſe ἐξαπίνης, *quod eſſet* ποιητικώτερον. *Atticis* enim ſcriptoribus, & ἐξαίφνης & ἐξαπίνης adhibetur. *Thucyd* L. II. IV. 85. ἐξαπιναίως. C. L. III. ἐξαίφνης. Et hoc quidem ex illo contractum.

Sed nusquam inter Grammaticos minus convenit, quam de ſeqq. Ἄχρις & ἄχρι. Μέχρις & μέχρι, quae alii non diverſae tantum dialecti & ſignificationis faciunt, ſed alterutram ſcribendi rationem damnant. *Phrynichus*: Μέχρις ϗ Ἄχρις σὺν τῷ σ, ἀδόκιμα. μέχρι δὲ ϗ ἄχρι λέγε.

Herodianus: Ἄχρι ϗ μέχρι, ἄνευ τȣ̃ σ. τὸ δὲ σὺν τῷ σ, Ἰωνικόν.

Moeris Atticiſta: Ἄχρι, ἄνευ τȣ̃ σ, Ἀττικῶς. ἄχρις, Ἑλληνικῶς.

Ammonius: Ἄχρι χωρὶς τȣ̃ σ, χρονικὸν ἐπίῤῥημα. Ἄχρις δὲ μετὰ τȣ̃ σ, ἀντὶ παντελῶς, ut Cl. *Valcken.* eo loco, & *Heinſ.* atque *Albert.* ad *Heſychium* emendant; nam *Schol. Vet.* & *Euſtath.* interpretantur *Homeri* vſ. *Il.* Δ. vſ. 542. *Ammonio* cit. ὅλȣ, καθόλȣ.

Heſychius quoque Ἄχρις .... παντελῶς, ſed diſtinguit Ἄχρι μέχρι. ἕως.

Etymologus Ἄχρι. ἕως.

Suidas. Ἄχρι. γενικῇ, ἀντὶ τȣ̃ μέχρις, ἕως. Hic ergo non diſtinxit, aut legendum μέχρι; videtur enim ad analogiam reſpexiſſe, quam *Etymolog.* & *Euſtath.* dederunt iisdem verbis: Ἄχρι. ἕως, παρὰ τὸ μέχρι ἐπίῤῥημα γίνεται κατὰ ἀποβολὴν τȣ̃ μ, ϗ μεταθέσει τȣ̃ ε εἰς α. Addit *Suidas*: Ἔστι δὲ ϗ ἄχρις, ἀντὶ τȣ̃ καθόλȣ, ὅλȣ, citatque eumdem *Homeri* verſum, quem *Ammonius* & *Heſychius*.

Thomas Magiſter: Ἄχρι ϗ μέχρι, Θȣκυδίδης ἀεὶ λέγει, ȣ̓ μόνον ἐπαγομένȣ συμφώνȣ, ἀλλὰ ϗ φωνήεντος. οἱ δ' ἄλλοι, ἐπαγομένȣ μόνȣ φωνήεντος, ϗ μετὰ τȣ̃ σ, ϗ χωρὶς τȣ̃ σ γράφȣσιν. οἷον, ἄχρις

ȣ

ϰ, ϰ ἄχρι ϰ. Quid Viri dd. ad hos Auctores, & ad *Thucydidem* variis in locis notarint, excutere longum foret. Quamquam forte sola *Thomae* auctoritate, inprimis *Wass.* etsi μέχρις in contextu retinuerunt, contra Codd. μέχρι ubique emendandum monent. Mihi cum *Oudendorpio* Praeceptore olim aestimatissimo ad *Thomam*, haud alia videtur differentia, quam quod μέχρις & ἄχρις ante vocalem nonnulli, illa ante consonam posuerint, id tamen non semper *Homerus* d. l. Ἄχρις ἀπηλοίησεν. *Iliad.* Ω. vs 128. μέχρις ὀδυρόμενος. *Odyss.* Σ. vs. 369. ἄχρι μάλα. *Il.* N. vs. 143. μέχρι θαλάσσης. sed & in fine versus, *Iliad.* P. vs. 599. ὀστέον ἄχρις, non diversa significatione, nam *Schol.* ἕως τέλους. Sic etiam *Antoninus* ratione scribendi variata, non significatione. C. IX. ἄχρις αὐτὸν ἔπαυσεν ὁ Πήγασος. Cap. X. ἄχρι Διόνυσος παρῄνεσεν cet. C. XI. ἄχρι μὲν ἐτίμων. ibid. μέχρις ἡ ... κατωδύρετο. paullo post μεταδιώξειν αὐτὰς ἄχρις πρὸς τὸν πατέρα. & mox ἄχρι πρὸς τὴν θάλασσαν. contra C. XXII. ἄχρι αὐτὸς .... ἀνέλυσε. cet. Nec video, cur adposita litera in hac voce quidquam detrahat vel addat, propterea quod, ut monet *Eustathius* ad *Iliad.* E. vs. 100. eadem ratio est in μέχρις & μέχρι, quae in οὕτως & οὕτω, αὖθις & αὖθι cet. Idem observasse videntur *Lexicographi* & *Glossar.* consarcinatores: ἄχρις ὧδε, ἄχρι τούτου cet. *Lucian.* T. I. p. 137. ἄχρις ἂν λάθω. T. II. 409. ἄχρι πόῤῥω ... συνωφόρουν cet. Vid. *Reitz.* p. 520. ubi non solum a *Luciano*, sed & aliis ἄχρις ante vocalem eo, quo Noster usurpavit sensu, adhiberi exemplis comprobat. Adde *Plutarch.* in *Solon.* p. 82. E. Μέχρις ἂν ἀποξῶσιν οἱ πολέμιοι. p. 95. F. μέχρι τὴν ἀκρόπολιν κατέχε. *Apollod.* L. I. c. VII. §. 2. μέχρις Ἡρακλῆς αὐτὸν ὕστερον ἔλυσεν.

Multo plura huc transferre possem, quae de discrimine ἀντικρὺ & ἄντικρυς sive ut alii, quamquam hoc negat *Eustathius*, ἀντικρὺς vel ἀντικρῦς, iidem scripserunt, tum quod frivola haec excutere taedet, tum quod illorum opiniones fere omnes contraxit *Nunnesius* ad *Phrynichum* p. 83. & 84. Huc autem redeunt, ἀντικρὺ significare *e regione*, *adversus*. ἄντικρυς, *palam*, *penitus*, cet. Verum, uti ἀντικρὺ pro ἄντικρυς, h. e. φανερῶς, προδήλως, διαμπερές, *Homero Iliad.* Θ. vs. 361. T. vs. 453. & alibi, sic contra ἄντικρυς pro *e regione*, ἐξ ἐναντίας adhibetur, & revera contentio est de lana caprina, quidquid vel *Suidas*,

οἱ δέ φασιν ἀκριβέστερον, οἶμαι, λέγοντες, ὅτι μετὰ, τῦ σίγμα λεγόμενον τὰ εἰρημένα δηλοῖ. ἄνευ δὲ τῦ σ, οἷον ἀντικρὺ, τὸ κατέναντι μόνον, καὶ ἐξ ἐναντίας. *Phrynichus*: οἱ ἐπὶ τῦ ἀντικρὺς τιθέντες ἁμαρτάνουσιν, *Thomas M.* ἀντὶ τῦ ἄντικρυς παρά τισι τιθέμενον, ἀμαθὲς, & *Herodianus*: Ἄντικρυς ἔστηκεν ἢ καθέζεται, οὐκ ἐρεῖς, ἀλλ' ἀντικρὺ χωρὶς τῦ σ. *Antoninus* habet C. XXIII. τὸ σπήλαιον ἄντικρυς Ἰταλίας, quod quis fecus, ac *e regione* interpretabitur? Illud σ haud alia de re, quam in ἄχρις & μέχρις, additum, propter fequentem vocalem. Quid? quod ne hoc quidem obfervant femper, unde liquet, perinde effe, utrum fcribas. *Plutarch.* in *Solon.* p. 93. D. ὁ Σόλων ἄντικρυς κατασὰς ὅτ' ἔπαθεν οὐδὲν, ὅτ' cet. *Schol.* ad *Thucyd.* L. II. 6. 88. ἄντικρυς διόδ. Ἄντικρυς, ἐνταῦθα μὲν ἐξεναντίας.

Nullus enim fcriptor fui femper ita fimilis, ut non aliquoties extra idiomatis fui cancellos egrediatur, nec fcribendi rationem mutet. Sic apud Noftrum: ἐδυνήθη, & ἠδυνήθη. Ἐλάττων & ἥσσων. Ἐπέτακτον & προσέταξον. In uno capite μελισσῶν & μελίττας. Sic εἰς & ἐς, σὺν & ξὺν faepe. Εὔξατο & ηὔξατο. Πρηὼν & πριών. Αἰεὶ & ἀεί. In uno Cap. Αἰετὸς, ὑψιαίετος & ἀετός. Κἀπεὶ, κἀπὶ, κἀκεῖνος cet. καὶ ἐκεῖνος, Καὶ ἐπεὶ cet. Ἀλλ' ἔφερεν, ἀλλ' εἰ, ἀπ' αὐτῦ, μετ' ὦ cet. ἀπὸ ἀρχῆς μετὰ Ἑρμῦ. cet. Paffim tertiis perfonis & dativis pluralibus addit ν, fequente vocali: ἐπισύμησεν αὐτῆς, ἔρριψεν ἐν, κινδυνεύσωσιν ἐκ, faepe hoc negligit θύουσι ἄχρι cet. & toties ν ante confonam, ὤμοσεν τὸν, ἀριστεύσιν τὴν, ἐτύχλουν πάντα cet. ut ab ipfa auctoris manu effe, neque mutari debere, *Berkelio* vifum oportuiffet.

Quamquam in his multa librariorum incuriae adfcribenda confentio, certe in *Antonino*, cujus non pauca mutila idcirco vix reftitui poffunt, quod unus hucdum Codex Mf. extet, e quo defcripfit *Xylander*, &, quamquam a vetuftate fefe commendat egregie, rariffimo & ante numquam ei vifo litterarum genere confcriptus, unde & hic, licet Graecarum litterarum peritiffimus, Librarii tamen manum nonnumquam non recte affequi potuit, quae quo magis animadvertimus, eo minus de diverfitate dialectorum, faepe in una litterula fita, judicari poteft.

Non

Non nego tamen, *Antoninum*, ut ſolent, quicumque aliena opera vel in compendium redigunt, vel integra loca deſcribunt, ipſa ſcriptorum plerumque *Ionicorum* & poëtarum verba ſervaſſe, & hinc quidquam iis proprium contraxiſſe, unde *Ionismi* veſtigia, & forſan poëtica, in eo agnoviſſe hic illic indicavi, & quae mihi talia fuerunt viſa, ſuis locis notavi, ut illa repetere jam ſuperſedeam. Duo tamen praetermiſi, ut huc transferrem: ἠέροπος C. XVIII. quod *Ionicum* videtur, ubi *Ariſtoteli* & aliis λέροπος vocatur, & C.XXV. ἱλάσασθαι, quod a Poëta recepiſſe videtur, modo ne ſit a librario, cum C. XXV. ἱλάσκεσθαι exhibeat, quamquam ſaepius eum variaſſe vidimus. Sed ipſa haec variatio monſtrat, & eum pro diverſis, quos ſecutus fuit, ſcriptoribus, diverſum imitatum fuiſſe ſtylum, & de vera ejus lectione nos fore incertos, dum alterum vel plures Codices indulgeat fortuna. Ut vix tanti ſit, quod his immoremur, niſi de iis minus conveniſſet inter Doctos.

Horum omnium in priore editione nihil animadverterat *Berkelius*, praeter quod Τιτῆνας, quam vocem tum nimis poëticam pronuntiabat, in Τιτᾶνας mutaſſet. Poſtquam vero in ſua Ed. ad vocem ἔρεσκεν offenderat *Munckerus*, & illud ἐπάϊστος dubitanter ex *Ionia* admittens praeter communem vel *Atticam* potius nullam agnoverat in Noſtro dialectum, in altera Ed. plures non *Ionismi* tantum, ſed & *Doricae* & *Aeolicae* dialecti reliquias detexiſſe ſibi viſus eſt *Berkelius*, renitente admodum *Munckero*, in ſecundis ad *Mythographos* curis, etiamſi *D'Orvillius* ad *Charit.* pag. 67. ſcribat, plura diverſarum dialectorum veſtigia ab *Antonini Interpretibus* recte animadverſa eſſe.

Alter itaque omnes aliarum dialectorum reliquias tollit, quas alter urguet acriter, cui adſentitur tamen non *D'Orvillius* tantum, ſed & *Koenius*. Ille Noſtrum αὖτις, quod quinquies, αὖθις ſemel adhibuit, *Ionicum* facit, me non invito, ſi ſit ab *Antonini* manu. Hic eidem idiomati adjudicat (ad *Gregorium* pag. 251.) ἐπάϊστος, κῆρος, Πολυδώρης, Τιτῆνας, ἔρεσκεν, πέρτιας, ἱρὸν & αὖτις. *Berkelius Aeolicae*, Σμύρναν, Φηρεὺς & ἐθελήσειεν. *Doricae* ἔφασε & ἔφασαν, *Ionicae* vero τὰς ἵππους,

Πολυδώρης, παῖδα κοῦρον, εὕρισκεν, ἐπάϊστος, Τιτῆνας, γενέων (γονέων) γονέας, ἱρὸν, κοῦραν.

Cum *Berkelianis* incipiemus, in quorum censum & altera veniunt. „ *Aeolicam* vindicas *Antonino*, (sic *Munckerus*) „ quia dixit C. XLI. εἴγε ἐθελήσειεν cet. Ergo censendum *Aeo*„*lice* quoque loqui *Platonem*, *Lucianum*, *Aelianum*, *Par*„*thenium*, aliosque complures, apud quos passim reperire „ est, Optativi aoristos primos istâ formâ. Audi non me, „ sed *Etymol. Magni Auctorem*: Τίσειαν, ἀόριστος πρῶτος, „ εὐκτικὸν Αἰολικὸν τρίτου προσώπου τῶν πληθυντικῶν. Ἐκεῖνοι γὰρ τὸ τύ„ψαιμι, τύψεια λέγουσι. Τὸ δεύτερον, τύψειας. Τὸ τρίτον, τύ„ψειε. Καὶ τῷ μὲν πρώτῳ χρῶνται οἱ Αἰολεῖς, τοῖς δὲ λοιποῖς προσώ„ποις ἡ κοινὴ συνήθεια καὶ διάλεκτος. Ejusdem farinae est, quod „ a. c. I. notas, *Aeoles* dicere Θῆρες pro Φῆρες, cum contrarium „ verum esse, liqueat ex *Eustath.* ad *Hom. Iliad* pag. 76. & „ *Odyss.* 627. Ed. *Basil.*" Illud tam in confesso est, ut vel tyrones non ignorent. Hoc arguit *Berkelii* festinationem, qua, ordine inverso, contra mentem suam, verba disposuit, ut in notis ostendimus, sed dubium hic, Φηρεὺς *Aeolicum* sit, nec ne, in quo controversiae cardo vertitur, ab ipso *Munckero* non tollitur. *Aeoles* φ pro ϑ reponere, verum est, ut ante agnovimus, sed idem, qui hoc docet *Eustath.* ad *Hom. Il.* Α. vs. 268. eodem loco dicit: Ἰστέον δὲ, ὅτι ἡ τοῦ ϑ μετάληψις εἰς τὸ φ, καὶ Ἀττικῆς ποτε διαλέκτου ἐστίν.

Verum etiamsi demus *Aeolibus* hoc magis esse proprium, an idcirco etiam nomina propria cum φ incipientia *Aeolicae* sunt dialecti, qualia Φῆρες, Φόρκος, Φέρουσα, Φηγεὺς & plurima alia? Ab *Apollodoro* tamen ejusdem nomen Θυρεὺς vocatur. Sed nemo facile dijudicet, uter, *Apollodorus* an *Antoninus*, nomen illud rectius expresserit; in aliis enim, opinor, scriptoribus frustra illud quaeres. Eadem nomina diverso saepe modo efferuntur Περσεφόνη & Φερσεφόνη & Φερσέφαττα. Ἕλλοι qui *Pindaro*, iidem Σέλλοι vocantur *Homero* Quae Nostro Γαλανθίας, ea *Libanio* est Ἀκαλανθὶς & *Lactantio Galanthis.* Νεόφρων *Antonino*, *Menophron* dicitur *Ovidio*, *Menophrus Lactantio*, & *Blias*, quae Liberali Βουλίς. Quae Nostro [illegible], ea

Na-

Nasoni ſcribitur *Hyrie*, &, ſi *Scholiaſtae* fides ſit, eadem, quae *Theocrito Idyll.* II. vſ. 6. Περιμήδη, *Homero* nominatur Ἀγαμήδη.

Σμύρνα, Cap. XXXIV. nomen eſt *Theiantis* vel *Cinyrae* filiae, & arboris, in quam mutata fertur. Hanc ſcribendi rationem quod *Aeolicam* faciat *Berkelius*, ſola nititur auctoritate, adquam provocat, *Iſ. Tzetzae* ad *Lycophronem* vſ. 829. Forſan quod hic ita invenerat in ſcriptore *Aeolenſi*, qui tamen non ſuam, ſed & aliis Communem dialectum ſecutus fuit. Neque enim *Aeolice* ſcripſiſſe opinor τὸς ό. *Eſth.* C. II. c. 12. ἐν σμυρνίνῳ ἐλαίῳ, neque *Marcum Euangel.* C. XVI. c. 23. cum ἐσμυρνισμένον οἶνον dicat. In plerisque etiam *Hippocratis*, *Aretaei*, aliorumque locis diſerte legitur σμύρνα de unguento vel arboris illius lacrymis, probatque utrumque ſcribendi genus *Galenus*. Neque etiam *Sextus Empiric.* disquirendum cenſuit, Σμύρνα an Μύῤῥα, ſed Σμύρνα num Ζμύρνα ſcribendum ſit. *Euſtath.* ad *Il.* Τ. vſ. 6. Μύρον τὸ πρῶτον ἐκχυθὲν δάκρυον ἀπὸ Μύῤῥας τῆς τοῦ Θείαντος, nempe quod derivaret a μύρειν h. e. χέειν. At tum nomen acceperit, oportet, poſtquam in arborem eſſet mutata, cum ex fabulae tenore juxta Noſtrum & alios nomen ſuum dederit arbori. Melius quodammodo *Etymol. M.* auctor παρὰ τὸ μυρίζω, μύρνα & σμύρνα, atque adeo pari modo, ac μικρὸς & σμικρὸς, quod Poëticum faciunt nonnulli, μίλαξ & σμίλαξ, μαράσσω & σμαράσσω, μάραγδος & σμάραγδος cet. unde *Euſtathium* fruſtra eſſe liquet, qui ad *Iliad.* B. 209. alterutrum ab altero verbo derivari voluerit. *Scholiaſtae Theocriti* ad *Id.* I. vſ. 109. quamquam turbatus locus lectionem tamen confirmat: Κινύρου ... καὶ Σμύρνης θυγάτηρ Μοῖρα. *Apollodorus* etiam L. III. XIII. §. 5. Θόαντος (Θείαντος, ut jam in not. monitum) βασιλέως Ἀσσυρίων, (unde *Oppiano Halieut.* III. vſ. 402. κέρης δάκρυον Ἀσσυρίης Θειάντιδος) ὃς ἔσχε θυγατέρα Σμύρναν. Sic, quo pateat, promiſcue dictum, eadem, quae *Dionyſio Perieget.* aliisque, *Amazon* Σμύρνα vocatur, *Lesbonacti* dicitur Μυρίνα ἡ Ἀμαζών. atque adeo *Antonini* Σμύρνα *Scholiaſtae Oppiani* d. l. dicitur ἡ Μυρίνη, ubi tamen *Theodorus* ἐν ταῖς Μεταμορφώσεσιν apud *Plutarch.* in *Parall.* p. 310. F. etiam Σμύρ-

νων

ναν habet, & apud *Stobaeum* Serm. LXII.

Ἔφασε quod *Doricum* faciat *Berkelius*, recte eſt, ſed Capite illo XXXII. ubi *Nicandrum* poëtam *Ionicum* ſequitur, vix credendum, admiſiſſe *Dorismum*, cujus veſtigia nusquam alibi apud Noſtrum extant. Ut veroſimilius ex iis ſit, quae librario, non Auctori imputanda videntur, & aut cum *Munckero* ἔφασκε, aut cum Cl. *Ruhnkenio* ἔφρασε legendum. Hoc enim verbo utitur C. XI. & XXIII.

„ Δωριάζει tamen; nam C. XLI. dixit: ἔφασαν. Nempe (ſic „ *Munckerus*) ab ἔφασα vis eſſe tertiam pluralem?". oſtenditque eſſe, uti eſt, ab ἔφην, ἔφης, ἔφη cet. *Doricum* eſſet, ſi ἐφάσαν legeretur.

Ad *Ionicam* tandem devenimus, cui alia turpiter lapſus, alia rectius adjudicavit *Berkelius*. Nam *Ionismi* reliquias in Noſtro ſupereſſe, negare non debuiſſe *Munckerum*, juxta cum *Koenio* agnoſco: propterea quod idem *Munckerus Leucothee* pro *Leucothea* in *Ovidio* admittat eo, quod is *ſecutus fuit Poëtas Ioniciſſantes*; Nam hoc ſi in Latinum, cur in Graecum Graecos preſſe ſequi ſolitum, cadere non potuit?

Τὰς ἵππους *equos*, *Ionicum* facit *B.* auctoritate *Etymologi M.* Auctoris: ἰστέον δὲ ὅτι οἱ Ἴωνες πάσας τὰς ἀγέλας ἐκθηλυνοῦσι τῇ προφορᾷ, τὰς ἵππους, καὶ τὰς ὄνους, καὶ τὰς βοῦς λέγοντες. Secus *Schol. Euripid. Phoen.* vſ. 3. Ἔθος δὲ τοῖς ποιηταῖς θηλυκῶς λέγειν τὰς ἵππους. *Salmaſ.* vero *Plin. Exercitt.* p. 660. „ *Dores* τὴν ἵππον „ & τὴν πῶλον dicunt de maſculo equorum genere, ut τὴν ἔλαφον. contra communis Graecia τὸ ἵππον appellat etiam equam „ feminam." *Schol. Theocriti* ad *Id.* I. vſ. 1. Ἔστιν αὐτοῖς (ποιηταῖς) κοινὸν ὄνομα τὸ αἴξ, ὡς ἔλαφος, ἄνθρωπος, ἵππος. De his dicendum, quod dixi ſupra, eo diverſae dialecto tribui, quia alter in ſcriptore *Ionico*, in *Dorico* alter, tertius in Poëta invenerit, Communis, qua utebantur omnes, ratione minus habita. Certe, quod alibi *Munckerus* animadvertit, *Palaephatus* τὰς Διομήδους ἵππους dixit pari modo ac Noſter aliquoties, qui prae-

praeterea Ursum, cui (C. XXI.) ἐμίγνυτο ἡ Πολυφόντη, τὴν ἄρκτον vocat: quemadmodum τὴν ἔλαφον, quod *Doricum* censet *Casaubonus*, *Attice* dictum ostendisse Ill. *Spanhem.* de *Praest.* & *Us. Num. Diss.* III. p. 164. jam monuit *Munckerus*. Quod ad alteram *Salmasii* Observat. attinet, Communi dialecto τὴν ἵππον etiam appellari equam feminam, minus satisfacit *Pausaniae*, ad quem provocat, locus. Ipse *Antoninus* exemplum praebet, Cap. XXX. Λύκοι ἐπιφοιτῶντες de feminis; nam ὤρεγον παρὰ μέρος γάλα. *Aristoteles* apud *Gellium* L. XIII. c. 7. τίκτει δὲ ὁ λέων πάνυ μικρά. *Homer. Iliad.* P. vs. 133. & Σ. vs. 318. *Eustath.* Λέοντα γὰρ νῦν οἱ παλαιοὶ τὴν θήλειαν λέγεσθαί φασιν. Quod iterum Poëtis adjudicat *Schol. Theocriti* d. l. οἱ δὲ ποιηταὶ καὶ ἐπὶ τοῦ ἄρρενος, τὴν αἶγα λέγουσι.

Πολυδώρης C. XXXII. pro Πολυδώρας, *Ionicum* facientem *Berkelium* rogat *Munckerus*, „ quis dixit Πολυδώρη esse *Ionicum*? „ *Ionissat* ergo etiam *Apollodorus* L. III. c. 12. Καὶ γίνεται θυγάτηρ αὐτῷ Πολυδώρη. Ego *Atticum* potius dixerim. *Etymol.* „ *M.* Auctor: Αἴθρα τὸ κοινὸν, καὶ Ἀττικὸν, αἴθρη. Remanserint „ ista, & id genus alia ex *Ionismo* in *Attica* lingua. Una e- „ nim *Attica* olim & *Ionica* dialectus, ut inter alios notavit „ *Eustathius* ad *Dionys.* p. 109. Ed. *Steph.* Quod *Atticum* di- „ xi, in eo me confirmant etiam ista verba *Schol. Aristoph.* „ in *Plut.* A. III. sc. 2. Ἀθάρα, μόνη ἡ σεμίδαλις· Ἀττικοὶ δὲ διὰ „ τοῦ η ἀθάρη, Αἰολεῖς ἀθήρας. ἡ δὲ κοινὴ διάλεκτος διὰ τοῦ α ἀθά- „ ρας." Hac de re post alios multa habet *Piersonus* ad *Moer.* p. 184. Sed, licet variis exemplis probet, η pro α in quibusdam nominibus placuisse veteribus *Atticis*, nihil verius est, quam quod *Valckenarius* Vir Cl. ad *Theocritum* p. 204. notat, saepe difficulter constitui posse, η scripserint, an α, quod ex eadem voce Ἀθάρη derivat. In his etiam librariorum curam desiderari, mihi persuasissimum est, ut in ipso, quem testem citat *Munckerus*, *Apollodoro* liquet, cujus in loco illo Πολυδώρα diserte exhibet Collatio *D'Orvilliana*, quemadmodum contra L. I. c. VII. §. 2. Πύρρης pro vulg. Πύρρας. Potuerunt etiam, quod aït *Munckerus*, propria ejusmodi nomina ita efferri; nam, ubi *Apollodoro* Μεγαίρα, Ἠλέκτρα, Ἀστερία, Ἥρα, Δηϊάνειρα,

νειρα, ſic contra Κλεοδώρη, Εὐδώρη, Πλησαίρη, Εὐαγόρη cet. ſcribuntur. *Nicandri*, quem Noſter ubique fere ſequitur, Μετάνειρα eſt. Is tamen ſcripſit *Ionice*. *Antoninus* contra Μεγανείρης: quemadmodum C. XXII. Διοπάτρης, C. IV. ἀγροτέρης, & quater in uno capite: Τιμάνδρης & Τιμάνδρην, quae *Apollodoro* eſt Τιμάνδρα. Sed, unde rurſus liquet, de Auctore minus judicari poſſe, quamdiu plurium Codicum auctoritate deſtituamur, C. XXII. Εἰδοθέας & C. XXX. Εἰδοθέην habet, licet in utroque Capite unum ſecutus *Nicandrum*, in quo tamen ipſo varietatem deprehendes nonnumquam, ut in κόροι & κοῦροι, ὄφεων & ὄφιος.

Κοῦρον *Ionicum* agnoſco cum *Berkelio*. Eſt tamen, quod dubium me reddat, num ſit ab auctoris manu. Ter enim in illo occurrit, ſed, ubi eosdem *Ioniciſſantes* deſcripſit, duodecies κόρον & κόρην dixit, &, quod vix credendum, uno in loco varietas illa occurrit, C. XVII. Ἐὰν γεννήσῃ κόρην ... οἱ προηγόρευον τὴν κόρην .. ἐξέτρεφον ὡς παῖδα κοῦρον ... ἐπεὶ δὲ ηὔξετο ἡ κόρη.... εἴπως αὐτῇ κόρος cet.

Οὔρεσκεν eo damnat *Munckerus*, quia magis *Ionicum*, mutatumque voluit in ὤρησεν. Sed hoc eſt nodum ſecare, non ſolvere. Satius fuiſſet, hoc auctori e ſcriptore *Ionico* contractum agnoſcere. Certe *Hemſterhuſ.* ad *Heſychium*, cujus verba ad eumdem, quo hic *Antoninus*, *Minoa* reſpexiſſe conjicit, V. Θρώσκων κνώδαλα, nihil offenſus hoc *Antoninianum* οὔρεσκεν citat. Potuiſſet *M.* analogice agere, imperfectum eſſe τοῦ οὐρέσκω; uti enim ab ἀρέω fit ἀρέσκω, ab ὀλέω ὀλέσκω cet. Sic facile ab οὐρέω οὐρέσκω deduci poſſet: quemadmodum vix video, uti alioquin locus, qui omnes, etiam *Galeum*, exercuit, expediendus ſit C. XXIX. ubi occurrit θορίσκετο, quod a θορέω pari modo derivo, quo ab εὑρέω, εὑρίσκω, a ῥύω, ῥύσκομαι. Sed illud *Ioniſmo* accenſeatur, quamquam & *Aeolibus* & poëtis ab aliis peculiare adjudicatur.

Ἔμπαιος pro φανερὸς *Ionibus* prae aliis proprium, Τιτῆνας & αὖτις itidem habeantur, per me licet.

Γονέων ,, qui *Ionicae* dialecti facit, fic rurfus *Munckerus*, de- ,, clinare nefcit, cum vel praetextati norint, tertiam contracto- ,, rum in genitivo plurali non pati contractionem. At γονέας ,, pro γονεῖς C. XLI. Falfum: nec vola, nec veftigium compa- ,, ret." Verum eft eo capite non extare. Legitur tamen C. XXXIX. & fic C. II. τοὺς ἀριστέας. C. XL. παρ' ἄνδρας ἁλιέας. quemadmodum eodem C. ἁλιεῖ, uti & C. XXX. & XXXII. τοὺς γονεῖς. C. XLI. τοὺς ὄφεις cet. Sed *Berkelium* fugiffe videtur, hanc contractionem *foloecam* effe *Luciano*, ad quem *Graevius*, & alii alibi, luculenter oftendit, Veteres *Atticos*, quique eos fuerunt fecuti, numquam γονεῖς cet. fed femper γονέας, νομέας, βασιλέας, φονέας cet. dixiffe.

Κουρὰν, ,, quod *Ionice* pro κορὰν effe dictum vult, utique C. ,, XLI. reperitur, ἐξαλλάξασα τὴν ἐσθῆτα, καὶ τὴν κουρὰν τῆς κεφα- ,, λῆς εἰς ἄνδρα, *mutato habitu, & tonfo capillo, ut vir videre-* ,, *tur*. Sed κουρὰν qui *Ionicum* vult effe, pro κορὰν, ille profe- ,, cto cor non habet, & explodi aeque dignus, ac ille, quem ,, *Var. Lect.* L. XII. p. 17. exagitat *Muretus*, quod *Arifto-* ,, *phanis* iftum verficulum, Πώγωνα τίλλειν κουρέων ὑπ' ὠλέναις, ,, verterit: *barbam velle a puerorum ulnis.*" Ita *Munckerus.*

Ἱρὸν C. XL. *Ionicum* eft. Sed in *Xylandri*, quem unicum habemus ducem, editione, legitur ἶρον, unde, fi quid mutandum, *Munckero* ἱερὸν mutare licuit eodem jure, ac *Berkelio* ἱρόν. Sed, uti in notis fenfi, fic fentio etiamnum, lectum fuiffe ἱρὸν, quod in nota non recte expreffum eft, vel junctim ἱρανήγαγον, ut alibi ἐντομαθύοντες: nam ἱερὸν ἤγαγον offendit quodammodo, & verofimilius eft, auctorem dediffe numerum pluralem, uti enim repetitionibus gaudet, fic eodem capite: ἱερὰ προσηνεγκαν .... καὶ ἱερὰ ἐπετέλεσαν. Ἄγειν probavi in notis, ἀνάγειν hoc fenfu etiam probatur: *Act. Apoftol.* C. VII. c. 41. ἀνήγαγον θυσίαν τῷ εἰδώλῳ.

Πόρτιας quod Cl. *Koenius Ionicum* faciat, miror; eft enim Commune. Πόρτις contra, fi hic dialectus quaerenda, *Ionicum*,

cum, ipso *Gregorio* teste: Ἡ κρᾶσις τοῦ ι καὶ ε εἰς ι μακρὸν τῶν Ἰώνων ἐστίν .. ὄφιες ὄφις Ἰωνικὸν, ubi Vir Cl. ad hunc *Ionismum* probandum, ipse τὰς πόλις cet. ex *Herodoto* adfert. Idem *Gregorius*: Φαμὲν οὖν ὡς Ἰώνων ἐστι τὸ γράφειν καὶ λέγειν ὄφιος, πρέστεος, καὶ τὰ τοιαῦτα. τὸ μὲν γὰρ λέγειν ὄφιος, πόλιος κοινὸν, τὸ δὲ ὄφεως, καὶ πόλεως Ἀττικόν. Saepius hoc urguet. §. XXI. τὰς ἀπὸ τῶν εἰς ις εὐθειῶν γινομένας, διὰ τοῦ εος προφέρουσιν, ὄφιος λέγοντες καὶ πόλεος. Paullo post: Ἔστι δὲ, ὅτε καὶ τῷ κοινῷ χρῶνται, καὶ τούτῳ μάλιστα ... πόλιος. *J. Diaconus* ad *Hesiod.* Scut. 285. Πόλις γὰρ πόλιος κοινῶς, καὶ πόλεος Ἰωνικῶς, καὶ τροπῇ τοῦ ε εἰς η, πόληος. Est itaque Commune πόρτιας, *Ionicum* πόρτεας. Novi eumdem *Gregorium* & alios observasse *Ionibus* incontracta, quam contracta magis placere. Sed idem de *Atticis* vidimus paullo ante, & *Herodoteum* τὰς πόλις, πίστις cet. ostendit, contractionem *Ionibus* quoque fuisse adhibitam.

INDEX

INDEX

SCRIPTORUM VETERUM,

Qui vel illustrantur, & tentantur, vel corriguntur.

A.

AELIANUS. p. 154. 204. 251.
AESCHINES *Orat.* 74.
AMMIANUS MARCELL. 231.
AMMONIUS. 294.
ANTHOLOGIA GR. 81. 220. 228. 229. 231. 267. 276. 279. ter.
ANTIGONUS CARYSTIUS. 193.
APOLLODORUS. 10. 11. 14. bis. 88. 115. 116. 117. 118. 135. 148. 156. 162. 164. 176. 205. 211. 223. 226. 234. 237. 246. 249. 250. 254. 256. 257. 272. 273. 275. 280. 281.
APOSTOLIUS. 124. 234. 266. 286.
APULEJUS. 194. 235.
ARISTOTELES. 63. 100. 227. 286.
ARNOBIUS. 282.
ARRIANUS. 40. 206.
ATHENAEUS. 3. 111.
AUCTOR *Orig. G. R.* 153.
AUSONIUS. 267.

C.

CATULLUS. 268.
CLEMENS ALEX. 222.
CONON. 56.

D.

DIDYMUS ψευδώνυμος. 173.
DIODORUS SICULUS. 255. 260. 266.
DIOGENES LAËRT. 232.
DIONYSIUS HALIC. 202. 203.

E.

ENNIUS. 259. 282.
ETYMOLOGUS. 192. 194. 199. 267.

V EU-

EUDAEMON PELUS. *apud* EUSTATH. 292.
EUMENIUS RHETOR. 267.
EURIPIDES. 226. 286.
EUSTATHIUS. 241. 246. 247. 256. 257. 292. 293. 300.

F.

FESTUS. 4. 48. 49. 61. 76. 152. 196. 231. 235.
FULGENTIUS. 232. 268.

G.

GEMINUS. 209.
GLOSS. VETT. 63. 75. 79. 80. 122. 124. 149. 163. 165. 169. 186. 193. 205. 222. 223. 227. 242. 267. 278. 279. 280. 288. 293.
—— *Rutgersii.* 132.
GREGORIUS CORINTH. 292. 293. 302.
—— NAZIANZENUS. 282.

H.

HERACLIDES PONTICUS. 4.
HERODIANUS *Gramm.* 293.
HERODOTUS. 57.
HESIODUS. 283.
HESYCHIUS. 6. 39. 40. 41. 42. 43. 63. 68. 69. 78. 79. 101. 131. 132. 147. 149. 192. 208. 209. 226. 259. 271.
HIERONYMUS. 42. 248.
HIPPONACTIS *Fragm.* 157.
HOMERUS. 9. 119. 206. 258.
HORATIUS. 186. 221. 284.
HYGINUS. 29. 31. 54. 55. 61. 86. 107. 116. 117. 134. 140. 165. 221. 226. 227. 232. 233. 234. 252. 258. 280. 283.

J.

JOANNES *Euang.* 284.
ISIDORUS. 207. 267.
JUDITHA. 43.
JULIUS FIRMICUS. 193.
JUSTINUS. 55.
JUVENALIS. 251. 252.

L.

LACTANTIUS, s. LUTATIUS. 4. 78. 111. 115. 134. 199. 210. 211. 213. 272.
LESBONAX. 299.
LIVIUS ANDRON. 61.
—— *Histor.* 241.
LUCAS *Euang.* 42. 96. 284. 285.
LUCIANUS. 282.
LUCILIUS. 182.

M.

MARTIALIS. 231.
MATTHAEUS *Euang.* 285.
MENANDER. 4.
MOERIS ATTIC. 294.

MU-

Musaeus. 279.

N.

Nicander. 161.
Nonius Marcellus. 152. 230. 279. 282.

O.

Ovidius. 65. 66. 106. 107. 187. 202. 203. 213. 217. 238. 260. 265. 268. 273. 274. 284. 299.

P.

Palaephatus. 159. 227. 274. 283. 286. 299.
Panyasis *apud* Apollod. 222.
Paulus *Apost.* 42.
Pausanias. 117. 208. 214. 215. 249.
Petronius. 235. 278. 284.
Phaedrus. 4. 44. 230.
Pherecydes. 210. 252. 256.
Phile. 54. 55.
Phrynichus. 293.
Pindarus. 8. 227. 228. 252. 257. 261.
Plautus. 235. 252. 263. 267.
Plinius. 135. 227.
Pollux. 138.
Priapeïa. 275.
Propertius. 55. 227.
Prudentius. 235.

S.

Scholiastes Apollonii Rh. 174. 210. 215. 257.
——— Aristophanis. 256. 257.
——— Callimachi. 59. 231. 242.
——— Euripidis. 161. 226. 245. 264.
——— Germanici. 126.
——— Homeri. 68. 78. 79. 138. 207. 231.
——— Nicandri. 166.
——— Oppiani. 299.
——— Pindari. 63. 116. 138. 214. 215. 216. 226. 239. 255. 257. 258.
——— Sophoclis. 9.
——— Theocriti. 173. 195. 246.
——— Thucydidis. 295.
Seneca *Phil.* 158.
——— *Tragic.* 192.
Servius. 78. 152. 175. 226. 234. 235. 247. 273.
Solinus. 227.
Sophocles. 9. 240.
Sosipater. 45.
Stephanus Byz. 4.
Strabo. 4. 24. 155.
Suidas. 4. 286.

T.

Theocritus. 201. 228. 230.

THEODORUS *apud* PLUT. 299.
THOMAS MAGISTER. 294.
THUCYDIDES. 289.
TIBULLUS. 275. 283. 289.
TZETZES. 210. 232. 233. 252. 255.

U.

ULPIANUS. 253.

V.

VALERIUS MAXIMUS. 231.
VIRGILIUS. 132. 187. 191. 267. 284.

X.

XENOPHON. 155.

INDEX

RERUM ET VERBORUM,

Quae in

ADNOTATIONIBUS EXPLICANTUR.

A.

A in ι transit. p. 65.
Abigere partum quid. 231.
